

Obj. misc. 176 a

MISCELLANEA
LVBECENSIA.



VOLVMEN II.



Rostochii & Wismariae


SVMTIBVS IO. ANDR. BERGERI & IAC. BOEDNERI,

MDCCLVIII.

MISCELLANEA

LYBONIA.

—————



TOEPLITZ II.



Leipzig

Verlag

Compendium des ...

I. D. I. CAZ. HENK. DREYERI

...

II. I. H. A. BRILLON ...

...

...

III. O. L. KORNIGER ...

...

IV. V. ...

...

V. M. I. H. G. ...

...

...

...

V. ...

Continentur hoc Volumine.

- I. D. IO. CAR. HENR. DREYERI
Bullarium Lubecense.
- II. I. H. a SEELEN de voti, quod
Augustino vulgo adscribitur, fide
dubia.
- III. O. L. KOENIGSMANNI Obserua-
tiones selectae in Genes. capitum
V. & VI. commata aliquot. Accedit
Mantissa.
- IV. M. I. H. OSTERMEIERI Differ-
tatio de Voce Filii Dei terram in
legislatione Sinaitica concutiente ad
Hebr. XII. 26.
- V. Noua literaria.



I.

B V L L A R I V M
L V B E C E N S E ,

COMPLEXVM

DECRETA, BVLLAS, RESCRIPTA,
MANDATA, PROTECTORIA, CONSER-
VATORIA, CONCESSIONES,

A

PONTIFICIBVS ROMANIS
AB AN. MCCXLVII. LVBECENSIBVS

FACTAS,

EX AVTHENTICIS DESCRIPSIT,

IN LVCEM PRODVXIT NOTVLISQVE

SVBITANEIS INSTRVXIT

IO. CAR. HENR. DREYER, JC.

A

Misc. Lub. Vol. II.



I.

INNOCENTII IV. PP. Bulla, de Lubecensibus ad iudicia ecclesiastica extra civitatem regulariter non evocandis. 1247.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio. . . . electo Ferrariensi apostolicae sedis legato salutem & apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum iudicum scabinorum & universitatis Lubicensis transmissa nobis petitio continebat, quod cum nonnulli per litteras apostolicas tractant ipsos ad diversos iudices & remotos & propter infestationes multiples & aggressiones hostiles que ipsis ab ecclesie persecutoribus irrogantur, longius a suo *municipio* (*) exire non audeant, sine dispendio personarum & rerum, providere saluti eorum super his a nobis humillime supplicarunt. Cum igitur iidem, sicut accepimus inimicis ecclesie constanter obstant, propter quod digni sunt gratia & favore, discretionis tue presentium auctoritate committimus, ut predictis in devotione sedis apostolice persistentibus, quod extra civitatem Lubicensem per delegatos a nobis vel subdelegatos ipsorum ad iudicium de cetero

tero

tero trahi non possint, dummodo coram venerabili fratri nostro. . . Episcopo Lubecensi eorum ordinario parati sint de se conquirentibus iustitiam exhibere, autoritate nostra concedas, prout videris expedire. Datum Lugduni iij Idus Ianuar. Pontificatus nostri anno quarto. (**)

(*) Si demus Italis ICTis, quod Electores imperii *Vicarios Illyricos, Officiales, mandatarios Caesaris*, constitutiones statuum imperii, *edicta praetorum & magistratum* nuncupaverint; quid est, quod animum commovere possit, pontificem civitatem imperii *municipii* appellatione excipere, quam, ad mentem Latii redactam, ne civitas quidem provincialis facile toleraret. Veniam certe peccatilli meretur sanctissimus pater, qui ad Italiae decempedam Germaniam itentidem metiens, in hujus partibus borealibus, (risum teneatis amici) *vineas* quandoque quaesivit, (vid. bulla ap. Illustriss. Dn. de WESTPHALEN Tom. II. Monum. ined. p. 108.) objectionem satellitum & Monachorum parum curans, quorum animae vagulae blandulae *bona & spissa cerevisia Germanica* satis ex voto fecit, ut pote in memoriam animarum viriliter ingurgitandam. Vid. LENZII *diplomat. Brandenb. P. I. p. 183.*

(**) Bullam huius PP. aere expressam, eidem quae huic membranae appensa est, plane similem vide in III, SCHEIDTII *Orig. Gwelficar. T. IV. pag. 211.*

II.

INNOCENTIUS IV. P P. precibus Lubecensium excitatus mandato poenali prosequitur raptores & occupatores bonorum naufragorum. 1250.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei, Episcopo et dilecto filio Preposito ecclesie Raceburgens. Salutem & apostolicam benedictionem. Accidere sepe percepimus, quod nonnulli de civitate Lubecensi, qui laboriose studia navigationis exercent horrida pelagi tempestate concussi aliqua de bonis suis aliquando super undas maris ejiciunt, ut ab imminente periculo preservent & interdum ipsi cum labore manuum eorum industria naufragii perferant detrimenta. Eis autem tunc in merore positus & in nimia angustia cordis constitutis plures de incolis partium circumjacentium preterdentes quod quasi propter *iniquam patrie consuetudinem* (*) eos habere non deceat pietatem bona naufragorum huiusmodi crudeliter occupare & suis nequiter applicare usibus non formidant. Cum autem tam inique & nepharie consuetudini per circumspeditionem sedis apostolice salubriter deceat obviari Discretionem tue per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi presumptores quod ipsa consuetudine seu corrupte.

ruptela potius non obstante bona predictorum navigantium taliter capere vel detinere ulterius non attemptent monitioni premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellas. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum Lugduni II. Non. Novemb. Pontificatus nostri anno Septimo.

(*) De hac iniquissima consuetudine, *fidei & omnis amoris humani regulas subvertente*, ut iudicavit Julius II. PP. apud CHERVBINVM *bullario Magno T. I. p. 510.* sive ei odium in peregrinos, sive praedationum & latrociniorum licentia originem dederit, vide JAC. SCHVBACKII, *librum de iure littoris Hamburgi 1751.* quo quidem in hoc argumento nullum novi doctiorem limationemque.

III.

INNOCENTII IV. P P. bulla, qua Lubecensium bona in protectionem suscipit apostolicam. 1250.

INNOCENTIUS, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis consilio et communi civitatis Lubicensis salutem & apostolicam benedictionem. Sincera devotio quam circa Romanam ecclesiam cunctorum fidelium matrem geritis nobis induxit affectum, ut licet de iurisdictione sitis imperii pro sedis apostolicae gaudeatis patrociniis confoveri.

A 3

Hinc

Hinc est quod nos vestris desideriis grato concurrentes assensu personas vestras in devotione dicte sedis & carissimi in Xsto filii nostri W. Romanorum regis (*) illustris fideliter persistentes cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communivimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei auso temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni iij Nonar. Nov. Pontificatus nostri anno - - 7.

(*) Ex intentione & persuasione sua scripsit Pontifex, non ex persuasionis eventu, sibi que ipsi egregie imposuit. Nam Guilielmo Batavo, auxilio Papae a. 1247. in turbis electo, Pontificiaeque sedi obsequentissimo, Lubecenses Frederico II. patre & Conrado filio, dominis legitimis, adhuc superstibus, (fatis autem cesserat hic an. 1250 & ille a. 1254) fidem non addixisse, minasque & blanditias, quae ad eam invitaverant, parum curasse, id quidem evicimus nuper in *Specimine anecdotorum illustrationi historiae imperii sigillatim Wilhelmi & Ludovici Bavarum Regum inservientium*. Prodibit hoc in Tomo II. *Scriptorum societatis litterariae Duisburgensis vernacula lingua conscriptorum*.

IV.

INNOCENTII IV. PP. bulla, qua Lubecensibus privilegia Caesarea de non alienando civitatem ab imperio confirmat. 1254.

INNOCENTIVS, Episcopus, Servus servorum Dei. Dilectis filiis, consilio & communi Lubic, ecclesiae Romanae devotis salutem & apostolicam benedictionem. Consoletur sedes apostolica precibus condescendere devotorum eorumque votis favorem benevolum impertire. Cum igitur, sicut fuit ex parte vestra expositum, coram nobis clare memoriae Romanorum imperatores (s), qui fuerunt pro tempore, in ecclesiae devotione manentes vobis per sua duxerunt privilegia concedendum, ut ab imperio, cui estis immediate subiecti alienari vel infeudari, seu pignori obligari à nemine valeatis, prout in huiusmodi privilegiis plenius dicitur contineri. Nos vestris devotis precibus inclinati, quod ab eisdem imperatoribus super hoc provide factum est, ratum habentes & gratum illud auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum hanc liceat paginam nostrae confirmationis infringere & ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei

& beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit in cursurum. Datum Laterani XIII. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno XI.

(*) Ad argumentum diplomatis Friderici II. Imperatoris a. 1226: "firmiter statuentes, ut pre-
 ,, dicta civitas Lubicensis libera semper sit, vi-
 ,, delicet specialis civitas & locus imperii & ad
 ,, dominium imperiale specialiter pertinens,
 ,, nullo unquam tempore ab ipso domino spe-
 ,, ciali separanda" respicit Pontifex. Ipsum hoc libertatis Lubecensis palladium ex authentico descriptum habes in scripto cui index: *Der Schonensfabrer abgenöthigter Gegen-Bericht auff E. E. Raths Unterricht. Ratzeburgi 1668. f. lit. B. 2. unde transit in LAMBECII Origg. Hamburg. L. II. p. 71. LVNIGII Archiv. imper. P. spec. Cent. IV. pag. 1333. MOSERI Reichsstädtischen Handbuche P. II. p. 165. BANGERTI Origg. Lubec. Tom. I. Monument. ined. Dni. de WESTPHALEN p. 1284. & WILLEBRANDTI Chron. Hanseat. pag. 37.*

V.

INNOCENTII IV. PP. bulla, qua Lubecenses iterum in protectionem suscipit. 1254.

INNOCENTIVS, Servus servorum Dei. Dilectis filiis et communi Lubicensis, ecclesie Romane devotis, Salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos & humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, &
 ne

ne pravorum hominum molestiis agitentur eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Quia propter dilecti in dno filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidere aut iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani xiiij Kal. Febr. Pontificatus nostri anno - - Xlmo.

VI.

ALEXANDRI IV. P. P. bulla confirmationis privilegiorum Lubecensium. 1256.

ALEXANDER Episcopus servus servorum. Dilectis filiis consulibus & universitati civitatis Lubicensis S. & A. B. Cum à nobis petitur quod iustum est ac honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter

A 5

di.

dilecti in dno filii vestris iustis postulatio-
nibus grato concurrentes assensu omnes li-
bertates & immunitates à predecessoribus
nostris Romanis Pontificibus sive privilegia
seu alias indulgencias nec non libertates &
exemptiones à Romanis Imperatoribus, re-
gibus & principibus aliis Christi fidelibus
racionabiliter vobis concessas apostolica au-
toritate confirmamus & presentis scripti
patrocinio communimus. Non obstantibus
aliquibus litteris seu indulgentiis à sede a-
postolica vel legatis eius impetratis aut
eciam impetrandis. per quas huiusmodi
confirmacio valeat impediri. Decernimus
eciam, ut si aliquid contra huiusmodi con-
firmationis nostre tenorem à quocunque ex-
titerit propria temeritate presumpsum irri-
tum sit & inane. Nulli ergo &c. Datum
Viterbii Nonar. Augusti. Pontificatus nostri
anno tercio (*).

(*) Appensa bulla refert eam ap. Illust. GEBAV-
ERVM *vita Richardi* p. 493.

VII.

*ALEXANDRI IV. PP. bulla, qua Lubicensi-
bus privilegium de non evocando confirmat
a. 1256.*

ALEXANDER Episcopus servus servo-
rum Dei. Dilectis filiis consulis & uni-
versi-

verſitati civitatis Lubicenſis Salutem & apoſtolicam benedictionem. ad faciendam vobis gratiam ſpecialem dilecti filii noſtri fratris Hugonis miſeratione divina tituli ſanctę Sabine preſbyteri cardinalis precamina & veſtre probitatis meritis ſuper quibus nobis laudabile teſtimonium perhibetur inducti auctoritate vobis preſentium indulgemus, ut nulli ordinarii nec non delegati ſubdelegati, executores ſeu conſervatores à ſede apoſtolica vel eius legatis dati vos extra muros veſtros ad eccleſiaſtica iudicia evocare preſumant absque mandato ſedis apoſtolice ſpeciali de hoc indulto plenam & expreſſam de verbo ad verbum mencionem faciente, dummodo parati ſitis coram Archidiacono veſtro omnibus de vobis conſequentibus iuſtitie plenitudinem exhibere. Non obſtantibus aliquibus litteris aut indulgentiis a ſede apoſtolica impetratis aut etiam impetrandis per quas huiusmodi conſeſſio valeat impediri. Decernimus eciam ut ſi aliquid contra huiusmodi conſeſſionis noſtre tenorem à quoquam exiſtiterit propria temeritate preſumptum ſit irritum & inane. Et ſi forte aliquę ſententie in vos hac occasione prolate fuerint nullum robur obtineant firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſeſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſum-

fum-

sumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Viterbii VII Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno tercio.

VIII.

ALEXANDER IV. PP. conservationem privilegii de Lubecensibus extra civitatem ad iudicia ecclesiastica non evocandis abbati Reinefeldensi () defert. 1256.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum. Dilecto filio Abbati de Reinevelde ordinis Cisterciensis Lubicensis dioecesis. Salutem & apostolicam benedictionem. Cum ad preces dilecti filii nostri fratris Hugonis tituli sancte Sabine Presbyteris cardinalis dilectis filiis consulibus & universitati civitatis Lubicensis duxerimus concedendum, ne ulli ordinarii nec non delegati subdelegati executores seu conservatores à sede apostolica vel ejus legatis dati ipsis extra muros suos ad ecclesiastica iudicia evocare presumant absque mandato sedis apostolice speciali de eodem indulto plenam & expressam de verbo ad verbum mentionem faciente dummodo coram Archidiacono suo sint parati omnibus de ipsis conqverentibus iustitie plenitudinem exhibere.

De-

Discretionem tue per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatos consules & universitatem predictae civitatis Lubicensis super premisis non permittas contra concessionis nostrae tenorem à quoquam indebite molestare. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus à sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem. Datum Viterbii VII Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno tercio.

(*) Iterum iterumque à conservatoribus hoc privilegium Archi- & Episcopis Bremensi, Moguntino, Magdeburgensi, Lundeni, Lubecensi, Caminensi, Raceburgensi, Sverinensi, Verdeni, Halberstadiensi, Hildesienfi, Mindensi, Slesvicensi & Roschildensi, omnibusque Abbatibus, Vicariis, officialibus curiarum quarumlibet communicatum fuit: ab HARTVICO scilicet Abbate Reinefeld d. d. Lubec. in aula curiae die Sabbathi d. 21. April. 1369. & NICOLAO d. d. in monasterio Reyneveld die 23 Jun. 1386.

IX.

VRBANI IV. P. P. Excitatorium ad Lubecenses, ut Erico regi Dan. Margarethae reginae opem praestent contra comites Holsatiae &c. 1262.

VRBANVS Episcopus. Servus servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris consulibus &

& communitati Lubicensi salutem & apostolicam benedictionem. Non sine mentis perturbatione referimus, quod *nobiles viri Gerardus & Ioannes* comites Holsatie carissimum in Xsto filium nostrum *Ericum* Regem Dacie illustrem etate tenerum & proprii progenitoris auxilio destitutum variis, ut accepimus, persecutionibus affligentes, ad regnum ejus toto conamine manus injurias & violentas extendunt, falso pretendentes regnum ipsum ad quosdam eorum spectare nepotes, filios videlicet quondam *Abel*, qui virtute prorsus humanitatis abjecta, clare memorie *Ericum* regem Dacie germanum suum, patrum prefati regis seve dicitur gladio peremisse (*). Verum non minori amaritudine viscera nostra turbantur super eo quod dicti comites carissimam in Xsto filiam nostram *Margaretam*, reginam Dacie, illustrem matrem prefati regis, dum ad defensionem dicti regni se contra ipsos opponeret, nec non venerabilem fratrem nostrum *Episcopum Slesvicensem* (**)& nonnullos alios, qui secum aderant, captivarunt, & captos faciunt sub diri detentione carceris macerari. Decet itaque nos tanquam orphanorum patrem & iudicem maturum super hijs adhibere consilium, ne persone, que sub speciali sedis apostolice protectione consistunt, disimulare videamur injurias & rem tam perniciosi exempli cum patientia tole-

tole-

tolerare. Sperantes igitur nunc pro firmo tenentes, quod saltim consideratione Dei cuius in hac parte negotium agitur ad eripiendos eosdem regem, reginam, Episcopum & captivos alios de crudelium manibus, nec non ad tuitionem regni prefati, ne, quod absit, relinquatur miserabiliter indefensum, apponatis favorem, consilium & auxilium oportunum: universitatem vestram rogamus & hortamur attente, quatenus contra dictos comites ea facere studeatis, que huiusmodi negotio videritis profutura, exercitum etiam contra ipsos, si opus fuerit congregando, ita quod exinde vobis premium retributionis eterne proveniat, & dignis apud Deum & sedem apostolicam mereamini laudibus commendari. Datum Viterbj. Idus May. Pontificatus nostri anno - - I.

(*) Vid. *Chronic. Sialand.* ab ARN. MAGNAEO editum ad a. 1250 pag. 66. CRANTZIVM *Vandal. L.VII, 24.* ALARDVM *rer. Nordalbing. pag. 1794.* *Fragmentum histor. Slesv.* ap. Du. de WESTPHALEN l.c. T. III. p. 284.

(**) Nicolaum scilicet, opera quidem Tucconis Parvi, quem ideo censura ecclesiastica prosequitur Alexander IV. PP. in litteris ad Archiepiscopum Lundensem & Guardianum fratrum minorum datis Bruusvigae. ap. IO. ADOLPH. CYPRAEVM *Annal. Episcopor. Slesv. p. 277sq.*

X.

X.

IOANNES Episcopus Lubec. *Alexandri IV.*
PP. privilegia, in gratiam fratrum ordinis
Eremitarum S. Augustini an. 1255. data
Senatui Lubecensi communicat. ()*

IOANNES Dei gratia, ecclesie Lubec. Epi-
 scopus, Advocato Proconsulibus & consu-
 libus civitatis Lubec. salutem in Dno. No-
 veritis vos sanctissimi patris nostri Alexan-
 dri Pape III. bullam inconcussam incon-
 vulsam & intemeratam vidisse litterarum
 harum formam continentem: **ALEXAN-**
DER Episcopus servus servorum Dei. Di-
 lectis filiis Priori & fratribus *Heremitis* in *Ali-*
mania constitutis tam presentibus quam fu-
 turis regularem vitam professis in perpetu-
 um religiosam vitam eligentibus. Apostoli-
 cum convenit addere presidium, ne forte
 cujuslibet temeritatis incurfus aut eos a pro-
 posito revocet, aut robur, quod absit, sacre
 religionis infringat. Ea propter dilecti in
 dno filii vestris iustis postulacionibus cle-
 menter annuimus & domus vestras, in qui-
 bus divino vacatis obsequio sub beati Petri
 & nostra protectione suscipimus & presentis
 Scripti privilegio communimus. In primis
 siquidem statuantes, ut ordo canonicus, qui
 secundum Deum & beati Augustini regu-
 lam in domibus ipsis auctoritate apostolica
 insti-

institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona predictę domus in presentiarum iuste ac canonice possident aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterunt adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis diximus exprimenda uocabulis. Loca ipsa vel prefate domus site sunt cum pertinentiis suis, videlicet in ecclesiis, decimis, ortis, vineis, olivetis, pratis & nemoribus usua- giis, pascuis in bosco & plano, in aquis & molendinis in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis actenus non percepit, siue de vestrorum novalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Licet quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem fas sit sine prioris sui licencia sub arctioris religionis obtentu de iisdem domibus discedere, discedente

B

te

Misc. Lub. Vol. II.

tem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Insuper auctoritate apostolica inhibemus ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad domus uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat nec regularem prioris vestri electionem impediatur aut de instituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuit contra statuta ordinis vestri se aliquatenus intromittat. Illud adjicientes ut scilicet priores ipsi episcopo salvo ordine suo profiteri debeant & contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio necquicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis vobis episcopi dyocesani impendant. Alioquin liceat vobis quoscunque malueritis catholicos adire antistites, gratiam & communionem apostolice sedis habentes, quod nostra freti auctoritate vobis quid postulatis impendant. Quod si sedes diocesanorum episcoporum forte uacavit interim omnia ecclesiastica sacramenta à vicinis episcopis accipere libere & absque
contra-

contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprius episcopis nullum preiudicium generetur. Quod si interdum priorum episcoporum copiam non habeatis, si quos episcopos Romane sedis ut diximus gratiam & communionem habentes & de quibus plenam noticiam habeatis per vos transire contigerit, ab eis benedictiones vasorum & vestium & consecrationes altarium apostolica auctoritate recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis januis clausis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdicto, suppressa voce divina officia celebrare. Chrisma vero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerunt promovendi à dyocesanis suscipietis episcopis, si quidem catholici fuerint & gratiam & communionem sacrosancte romane sedis habuerint & ea vobis voluerint sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut intra fines parochiarum vestrarum nullus sine assensu dyocesanorum episcoporum & vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis

B2

omni-

omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque in ecclesiis vestris liberam esse decernimus, ut eorum devocioni & extreme voluntati, qui se in eisdem ecclesiis sepeliri deliberaverunt, ut forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publici usurarii, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea & possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur redimendi & legitime liberandi, de manibus eorum & ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero generali priore vestro vel suorum quolibet successore nullus vobis qualibet surrepcionis astucia seu violencia preponatur, in quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum & b. Augustini regulam previderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut intra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violenciam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates à predecessoribus nostris Romanis pontificibus locis vestris concessas nec non libertates & exem-

•••••

exem-

exemptiones secularium exactio-
num à regi-
bus & principibus vel aliis fidelibus rationa-
biliter vobis indultas auctoritate apostolica
confirmamus & presentis scripti privilegio
communimus. Decernimus ergo ut nulli
omnino hominum liceat prefatas domus te-
mere perturbare, aut eis possessiones auferre
vel ablatas retinere, minuere vel quibusli-
bet vexacionibus fatigare, sed ea omnia in-
tegra conseruent, eorum pro quorum gu-
bernacione & sustentacione concessa sunt
usibus commodisque profutura salva sedis
apostolice auctoritate & dyocesano-
rum episcoporum canonica iusticia & in superdictis
decimis moderacione concilij generalis.
Si qua igitur in futurum ecclesiastica secu-
larisue persona hanc nostre constitucionis
paginam sciens contra eam temere venire
attemperaverit & monita, ut reatum suum
congrua satisfacione correxerit, potestatis
honorisque sui careat dignitate, reamque
se divino iudicio existere de perpetrata ini-
quitate cognoscat & à sacratissimo corporis
& sanguinis Dei & dni redemptoris nostri
aliena fiat, atque in extremo examine di-
strictè subiaceat ultioni. Cunctis autem
eisdem domibus sua iura seruantibus sit
pax Dni nostri Iesu Christi, quatenus & hic
fructum actionis bone percipiant, & apud
districtum iudicem premia eterne pacis in-
veniant, Amen. Datum Laterani per ma-
num

num Gvillielmi Magistri Scolarium Parmenensium. Sancte Romane ecclesie Vice cancellarij. Vto Idus Decembris. indictione XIII. incarnationis dominice MCCLV. Pontificatus vero dni Alexandri PP. III. anno primo. Hanc igitur litteram de verbo ad verbum insertum ac figilli nostri munimine roboratam ad vestram noticiam volumus pervenire.

(*) De ordine & vestitu fratrum Eremitarum s. Augustini, sive fratrum mendicantium, qui initio seculi XIII. institutus, in diversis congregationibus diversisque regulis in variis provinciis egit, & ab Innocentio III. Alexandro IV. & Urbano IV. PP. in melius mutatus & cum seruis Mariae virginis unitus est vide HOSPITIANVM de origine monachatus L. III. c. VI. 2. CHERVBIMVM Bullar. Magno T. I. p. 110. & qui instructius historiam ordinis peroravit HELYOTVM *hisor. ord.* T. III. c. 2. 3. p. 8sqg Succurrit testimonium LERBECCII *Chron. Episc. Mind. ap. LEIBNITZ S. R. Brunsv. T. II. p. 185*: „Fratres
 „Heremite sancti Augustini ex quinque soli-
 „tiorum sectis in partibus Lombardiae per
 „quemdam cardinalem titulo s. Angeli, quo-
 „rum quidam *sancti Augustini*, quidam *sancti*
 „*Wylhelmi*, nonnulli *Ioannis Boni*, aliqui de
 „*Fabali*, alii de *Brietinis* censebantur, in u-
 „num ordinem sunt uniti.“ Emendationis regulae eis ab Alexandro IV. praescriptae HELYOTVS meminit, sed de hoc privilegio, quod & in CHERVBINI *Bullario Magno* frustra quaesiveris, silentium ei est tantum non altissimum. Ut ex chartis a LVDEWIGIO T. VII. *Reliquiar. MSt. p. 40.* KVSTERO *biobl. Brandenb. p. 153. 162.*
 SEC.

BECMANNO *histor. Anhaltin. Tom. I. p. 118.*
 LICHTENSTEINIO *epistol. VI. Observat. histor.*
iurid. ex diplomat. Helmstad. & III. LENZIO in
Historischen Samlungen zur Erlauterung der teut-
schen Staat, Kirchen und Gelehrten Historie p. 126.
 139 partim editis partim adicitatis luculenter
 patet, plerisque civitatibus se infudisse nume-
 rosum fratrum Eremitarum gregem: ita, qui
 Lubeca eos viderit, vel ex hac privilegii com-
 municatione nullum dubium, si vel maxime de-
 stitueremur testamento *Petri de Godeborne*, civis
 Lubecensis, qui a. 1322. ad refectio-num domus
 fratrum *Terminantium* in fossa Marlevi (Marles-
 Grube) octo marcas legavit. Atqui vero Mo-
 nachos istos ex ordine mendicantium, sive Ere-
 mitas, quos Glossarium meum forte diceret cu-
 cullatorum bipedum omnium otiosissimos, sive,
 desidiae mancipia, appellatione & *Nolhartorum*
 (Null-Bruder) *Brittinianorum*, *seruorum Mariae*
 & *Terminariorum* signatos fuisse constat inter
 omnes pleniusque docuit CHRIST. SCHOET-
 GENIVS dissertatione *Analectis ex omni melio-*
rum litterarum genere a societate caritatis &
scientiarum editis inserta Tom. II. p. 604. Per
 certos enim districtus, ut in usum ordinis va-
 rias res mendicando conquirerent, mitteban-
 tur monachi. Sed Germanis nostris vocem
herum terminiren (vagari) solemnem esse, nemo
 nescit. Quod vero Eremitis Lubecensibus an-
 nuae placuerint pensiones ex lupanariis, quibus
 saeculo adhuc XIV. in *antiquo portu* (der alten
Febre) in fossa *S. Clementis* (f. ClementsGrube)
 aliisque plateis abundavit Lubeca, ipsis solven-
 dae, id quidem nemo vitio vertet bonis fratri-
 bus, quippe a Vespasiano edoctis: lucri bonum
 dorem ex re qualibet.

XI.

*Constitutio GUIDONIS cardinalis & legati PP.,
qua inhumanum ius naufragii damnatur et
episcopo Raceburgensi eius conseruatio in gra-
tiam Lubecensium committitur (*) 1265*

Venerabili in Christo patri Dei gracia Epi-
scopo Raceburgensi frater GUIDO misera-
cione divina tituli s. Laurentii in Lucina
presbyter cardinalis apostolice sedis legatus
Salutem in Dno sempiternam. Dilecti
in Christo filii. Cives Lubecenses sua
nobis conuestione monstrarunt, quod
cum eos vel alios mercatores de diversis
mundi regionibus venientes quandoque
peregrinationis causa aliquando sue merca-
cionis gracia mare occidentale vel orientale
frequentare contingit ex permissione divina
in eodem rebus & corpore sepe naufragium
patiuntur, quorum res cum ibidem aut ali-
as adlitaverint vel appulsa fuerint, milites
vel alii viri potentes adiacencium regionum
intelligentes hoc flagellum Dei potenter ac-
cedunt & bona omnia ipsorum naufragorum
accipiunt quilibet pro sua potencia afferen-
tes ea suis propriis pertinere iurisdictioni-
bus doloribus illorum non compacientes,
quos Deus castigari permisit, quin illorum
afflictioni afflictionem inhumanitus super
addant, Auctoritate igitur Dei omnipoten-
tis

tis & in nomine sancte & individue trinitatis ad utilitatem Christi fidelium mare navigantium pro negociacionibus licitis & honestis per omnes terminos in omnibus partibus adjacentibus mari occidentali vel orientali, videlicet Dacie, Svecie, Slavie, Pomeranie, Frisie, & Albie duximus statuendum, ut omnes mercatores hujusmodi negociacionibus insistentes sub apostolice sedis, & nostra protectione consistant. Et si aliqui naufragium passi fuerint omnes finitimi homines ipsis naufragis propter Deum & iuris naturalis equitatem in tanta necessitate subveniant sicut vellent sibi in casu simili subveniri, scientes esse sancitum tam apostolica auctoritate quam imperiali & regia potestate quod omnes res illorum qui naufragium fuerunt perpeffi, ubicunque appulsa fuerunt vel adjecta sive ipsi naufragi presentes fuerint sive absentes, de mero iure & proprietate sint illorum qui eas possederant, antequam hujusmodi naufragium paterentur, & res eedem ad heredes eorum pertinent, si fortasse mortis periculum incurrerunt, nulla contraria consuetudine obsistente. Heredes vero qui propter locorum distanciam non possunt commode infra annum & diem prosequi causam suam habeant ex presenti constitutione biennium, & si ex valde remotis partibus sunt infra triennium prosequantur. Illi vero qui pre-

B §

dictos

dictos naufragos in tanto discrimine adjuverint pure & simpliciter propter Deum centum dierum de iniuncta sibi penitencia indulgentiam consequantur. Qui vero pro temporali emolumento manum eis auxiliatricem porrexerint laboris sui mercedem accipient secundum constitutionem bonorum hominum, qui ad hoc fuerunt deputati. Si vero, quod non speramus, aliquis tam sceleratus fuerit ac profanus, qui ad rapinam predictarum rerum extenderit manus suas, nisi infra octo dies restituerit, quod accepit, sententiam excommunicationis incurrat & divina cessent in tota parochia in qua res ita contra Deum & iustitiam occupatas manifeste constet detineri, & emptores qui scienter res ipsas emerint a raptoribus excommunicationis sentencie subjacebunt. Similiter & iudex in cujus iurisdictione consistunt predones huiusmodi, si non procuraverit ablata restitui infra mensem. Quodsi ad episcopum loci illius querela de huiusmodi facto prolata fuerit, & ipse similiter remedium adhibeat, si voluit officii sui periculum evitare. Quodsi quisque predictorum excommunicatorum discrimen mortis incurrerit antequam fuit absolutus omnino ecclesiastica careat sepultura, quin imo cadaver in mare projectum ibi condignam penam accipiat ubi facinus est commissum. Vobis igitur Episcopo Rabebur-

ceburgensi auctoritate, qua fungimur mandamus ut predicta omnia secundum ea quae in predicta litera continentur, faciatis inviolabiliter observari, contradictores & rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Lubeke V. Idus January Pontificatus dni Clementis P.P. IV. anno primo.

(*) Similis argumenti constitutionem GUIDO, eodem anno Hamburgum veniens inde Daniam petiturus, in gratiam publicavit Hamburgensium peculiarique rescripto prohibendae iniustissimae hominum & bonorum naufragorum invasionis curam commisit Archiepiscopis & Magdeburgensi & Bremensi, itemque Praeposito & capitulo Hamburgensi. Quas chartas legis in LAMBECHII *Orig. Hamburg* L. II. p. 54. 56. & LVNIGH *Archiv. Imper. Parte Spec. Cent. IV. P. I.* p. 926. 927.

XII.

GUIDO apostol. sedis legatus & cardinalis Episcopo Raceburg. conseruationem privilegii de non evocando commendat. 1265.

Venerabili patri Dei gratia Episcopo Raceburgensi frater GUIDO miseracione divina tituli s. Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus salutem in Dno sempiternam. Deuotorum filiorum innocencia & malignorum perversitas hoc merentur ut & bonorum indemnitati quatenus

nus

nus cum Deo possumus caveamus ac malorum
machinamenta a suorum desideriorum calli-
ditate frustemur. Sane cum civibus Lube-
censibus benefaciens dominus bonis & rectis
corde multa beneficia contulerit in presenti,
quidam de circumstantibus hominibus qui
a Deo similia consequi non merentur con-
tra eos invidia stimulante maliciose & ne-
quiter commoventur, quoddam ex hoc sua-
rum miseriarum solacium expectantes si
miseros facere potuerunt eos à quibus mise-
riam excludere voluit summi dextra largito-
ris. Ex quo accidit ut predictis civibus
Lubecensibus periculosum sit à sua civitate
longe discedere propter hujusmodi malicio-
sas insidias invidorum. Inde est quod nos
devotis eorum precibus favorabiliter incli-
nati ut extra dioecesim Lubicensem non
possint trahi per nostras litteras, que de pre-
sentibus plenam & expressam non fecerint
mencionem pro causis que dudum incepte
sunt, dum tamen infra terminos ejusdem
dioeceseos de civibus suprascriptis possit ha-
beri iusticie complementum tenore presen-
tium duximus concedendum. Discretionì
vestre qua fungimur auctoritate mandamus,
quatenus predictos cives contra hunc nostre
concessionis tenorem non permittatis ab ali-
quibus indebite molestari contradictores &
rebelles per censuram ecclesiasticam com-
pescen-

pescendo. Datum Lubeke Ydus Ianuar.
 (*) Pontificatus dni Clementis PP. III. anno
 primo.

(*) Eisdem verbis idem ad eundem eodem anno
 repetiit apud Magdeburg pridie Ydus Febr. &
 sequenti 1265. Lubecae XII, Kal. Nov.

XIII.

*CLEMENTIS IV. PP. Bulla, qua constitu-
 tionem Guidonis cardinalis & legati, impio
 iuri naufragii oppositam approbat, delata
 Episcopo Raceburgensi conseruatione. 1267.*

CLEMENS Episcopus, seruus fervorum
 Dei. Venerabili fratri Episcopo Raceburg.
 S. & apostol. benedictionem. Lecta nobis
 dilectorum filiorum civium Lubicensium
 petitio continebat, quod dilectus filius no-
 ster Gvido t. t. Sancti Laurentii in Lucina
 Presbyter cardinalis, apostolice sedis lega-
 tus audita occupacione dampnabili, que
 pretextu cuiusdam corruptele nepharie fie-
 bat in illis partibus de bonis navigantium
 quos incurrere naufragium contigebat ac
 super hoc volens salubre remedium adhi-
 bere inter alia que ad huiusmodi reme-
 dium faciunt declaravit, quod omnia bo-
 na naufragorum huiusmodi sive presentes
 sive absentes existant ad eos qui illa iuste
 possederunt antequam naufragium pateren-
 tur

tur vel ad heredes eorum qui exinde mortis periculum incurrerent de iure pertineant aliqua contraria consuetudine non obstante, prout in litteris ipsius legati confectis exinde ubique directis ac inter cetera continentibus ut declarationem huiusmodi nec non statutum, quod in favorem naufragorum ipsorum super his edidit observari facias plenius dicitur contineri. Nos itaque quod ab eodem legato super hoc pie & provide factum est, ratum & firmum habentes idque autoritate apostolica confirmantes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus super hijs iuxta tenorem dictarum litterarum ipsius legati procedas. contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus ab apostolica sede sit indultum, quod suspendi vel interdici aut excommunicari non possint sive qualibet indulgentia sedis ejusdem per quam attribute in hac parte tibi iurisdictionis explicatio impediri valeat vel differri, & de qua in nostris litteris fieri debeat mencio specialis seu constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita quod ultra terciam vel quartam aliquis extra suam dioecesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Datum Viterbij iij Kl. May. Pontificatus nostri anno tercio.

XIV.

NICOLAUS III. PP. Episcopo Caminensi, &c. defert cognitionem causae inter fratres ordinis Minorum et ciues Lubecenses ex una, & Episcopum Capitulumque ex altera parte controversae (), occasione sepulturae feminae cujusdam Lubecensis, quae facta in monasterio Minorum, & Minoribus & civitati excommunicationem episcopalem pepererat.*
1278.

NICOLAUS Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri . . . Episcopo & dilecto filio Archidiacono Stettinensi. Caminen. Salutem & apostol. bened. Gravem ad nos dilecti filii . . . Prior & . . . Minister ac fratres predicatorum & minorum ordinum provincie Saxonie ac ciues Lubicenses querimoniam destinarunt, quod licet prioris & ministri & fratrum ipsorum studium sub extrema paupertate vivere ac virtutum cultui desudare ad hoc ferventer adspiret affectio, ut per eorum ministerium salus perveniat animarum, tamen venerabilis frater noster BORCHARDVS Episcopus & dilecti filii NICOLAUS Prepositus, NICOLAUS Decanus & capitulum Lubecense hec ipsorum fratrum praeclara merita attendere dedignant. . . Priorem. Guardianum & fratres Lubicens. eorundem ordi.

ordinum & cives eosdem multis gravant injuriis & ipsorum quietem & pacem Dei timore postposito dampnabiliter impediunt & perturbant ad eorum & dictorum ordinum lesionem fame nequiter propendendo ac indulgentias eisdem ordinibus favorabiliter ab Apostolica sede concessas temere contempnentes, quo minus dicti Prior Gvardianus & fratres eis libere uti possint impedire presumant. Nam cum ordinibus prefatis ab eadem sede indultum existat, ut fratres praedicatorum ordinum illos qui apud eos elegerint sepeliri libere possint recipere ad ecclesiasticam sepulturam, episcopus, prepositus & capitulum prefati eosdem Priorem Gvardianum & fratres Lubicens. gaudere quantum in eis est indulgentia hujusmodi non sinentes pro eo quod corpus cujusdam mulieris, que apud locum eorundem Gvardiani & fratrum Minorum Lubicens. sepulturam elegerat in ultima voluntate, ad sepulturam hujusmodi admiserant & de non sepeliendo aliquem in cimiterio suo in posterum cautionem prestare voluerant, sicut etiam non debebant, cum Rectoribus & clericis ecclesiarum Lubicens. civitatis & dioecesis ordinarant, ne iidem Rectores & dicti fratres Lubicens. ordinum eorundem ad celebrandum vel predicandum in ecclesiis suis reciperent nec aliquas eis elemosynas largirentur ac
 nihi.

nihilominus in quosdam cives Lubicens. quia predictum ipsius mulieris corpus ad predictum locum detulerant tumultuando motu proprio imo temeritate potius contra tenorem privilegiorum indultorum eisdem ordinibus a sede predicta & post appellationem ex parte dictorum civium ad eandem sedem legitime interjectam excommunicationis sententiam promulgarunt, licet predicti Guardianus & fratres infra decem & octo annos non nisi quinque præter illud corpora defunctorum Lubecensium admisissent ad hujusmodi sepulturam. Cumque predicti Prior, Guardianus & fratres ac cives propter hujusmodi & alia plura gravamina eis ab Episcopo, Preposito, Decano & capitulo illata ad sedem appellassent eandem, dictus episcopus hujusmodi appellatione contempta dictos Priorem, Guardianum & fratres omnibus gratiis ab ipso & suis predecessoribus factis eisdem nec non predicationis officio de facto privavit & eis inhibens, ne aliquorum confessiones audirent & civitatem Lubicensem pro eo quod illius cives favebant, prefatis Priori Guardiano & fratribus in hac parte motu proprio generali supposuit interdicto & postmodum clerici parochialium ecclesiarum eisdem civibus baptismata parvulorum & penitencias morientium temere subtraxerat ac

C idem

Misc. Lub. Vol. II.

idem Episcopus civitatem relinqvens eandem in quodam vicino oppido cum suis clericis se recepit, comminando predictis Priori Gvardiano & fratribus ac civibus Lubicens., quod adhuc procederet gravius contra eos & tandem cum in eos iurisdictionem suam exercere non posset, in omnes illos qui in locis fratrum predicatorum ordinum in civitate vel dioecesi Lubicensi audirent divina officia excommunicationis sententiam promulgavit & orationes sacras divinaque officia pro salute vivorum & requie defunctorum fidelium, a sanctis edita patribus, in reprobas interpretationes convertere ac eis adversus fratres & cives prefatos uti manifeste non metuens statuit, ut singuli sacerdotes sue dioeceseos in missarum sollempniis ante Agnus Dei psalmum illum videlicet: Deus ultionum dominus: alta voce decantarent, ductus forte intentione nepharia ut fratres & cives prefati ex hoc periculum mortis incurrant, ex quo in populo predictae civitatis scandalum non modicum est exortum, nec his contenti predicti Episcopus Prepositus, Decanus & capitulum contra sepe dictos Priorem Gvardianum fratres & cives libellos diffamationum ad Prelatos & Cleros aliarum dioecesium conscribentes eos concitant ac excitant ad injurias similes eisdem fratribus & civibus irrogandas. Alias dictos Priorem Gvar-

Gvardianum & fratres diversis modis inau-
ditis & variis per se & alios enormiter ag-
gravando. Cum autem memorati Prior
Gvardianus & fratres dicte provincie ac
eives non valentes à tantis pressuris & inju-
riis respirare, ad nos duxerunt humiliter re-
currendum, nos volentes dictis Priori Gvar-
diano & fratribus ac civibus contra injurias
& gravamina supradicta de congruo reme-
dio providere. Discretionì vestre per apo-
stolica scripta mandamus quatenus eosdem
Episcopum, Prepositum, Decanum & ca-
pitulum ex parte nostra vel alter vestrum
per nos per alium seu alios moneatis ut in-
fra decem dies post monitionem hujusmodi
sententias inhibitionis & processus per eos
sic inprovidè habitos contra Priorem Gvar-
dianum fratres & cives predictos revocan-
tes provide per se ipsos contra predictos
Priorem Gvardianum & fratres ac cives talia
vel similia decernere non attemptent ipsos-
que eciam si sententias inhibitionis & pro-
cessus predictos eos contigerit revocare, per-
emptorie citare curetis ut infra duos men-
ses post citacionem huiusmodi per procu-
ratores ydoneos super predictis omnibus
sufficienter instructos cum omnibus iuribus
& munimentis suis compareant coram no-
bis de dampnis & injuriis eisdem Priori
Gvardiano & fratribus & civibus ut predi-
citur irrogatis prout ordinandum duxeri-
mus

mus satisfactionem plenariam impensuri. Et nihilominus iidem Episcopus, Praepositus & Decanus infra sex menses à die praedictae citationis computandos personaliter apostolico se conspectui representent, nisi praedicti procuratores eorundem Episcopi Praepositi & Decani sic properaverint interim aliquam causam rationabilem ostendere coram nobis, quare dicti Episcopus Praepositus & Decanus a personali presentatione per nos debeant merito excusari, quam ante decursum dictorum sex mensium super excusatione sua si eam admitti contigerit litere nostrae obtinere valeant & ad dictos episcopum Praepositum, & Decanum congruo tempore pervenire. Diem autem citationis & formam ac quicquid super praemissis feceritis per vestras litteras harum seriem continentes de verbo ad verbum intimare fideliter procuretis. Datum Viterbij II Non, Iuly. Pontificatus nostri anno primo.

(*) De qua controversia, sententia Iacobi de Columnis Cardinalis a. 1280. composita vide Annales Lubecenses KIRCHRINGII scilicet p. 31. & BANGERTVM *Origg. Lubec. p. 1313. Tom. I. Monument. inedit. Illustriss. Dni de WESTPHALLEN.* Accessio interim hac bulla fit bullis & rescriptis, quorum huius PP. perpaucas editas esse observant magnus FABRICIUS *biblioth. med. & insim. latinit. Vol I pag. 108* & WALCHIVS *delineat. histor. Pontif. Roman. p. 291.*
Non-

Nonnulla tamen habentur apud LVNIGIVM
Spicil. eccles. P. III. p. 834. & cod. Ital. diplom.
 T. II. p. 741. T. IV. p. 27. CHERVBIMVM T. I.
Bullarii magni p. 155. VGHELLVM Ital. sacr.
 T. I. p. 648. CALMETIVM *histor. Lotharing.*
 T. II. *inter probat. p. 510. PEZIVM cod. diplom.*
Austr. P. II. p. 142. du MONT dans le corps di-
plomatique T. I. P. II. p. 138. SCHANNATVM
histor. Wormat. probat. p. 140.

XV.

BONIFACIUS VIII. PP. *Thesaurarius ecclesia-*
rum Raceburgensis, Merseb. & Sverin. de-
fert cognitionem causae inter Episcopum &
civitatem Lubec. controversae occasione qui-
dem civium quorundam Lubecensium, qui
sacra turbaverant. 1299.

BONIFACIUS, Episcopus fervus fervorum
 Dei. Dilectis filiis... Raceburg... Merseburg,
 ac Sverinens. Thesaurarius ecclesiarum S. &
 A.B. Sua nobis advocatus & consules civitatis
 Lubicensis petitione monstrarunt, quod cum
 nonnulli ciues civitatis ejusdem dum in ec-
 clesia Lubicensi divina officia agerentur osti-
 um ipsius ecclesie magno impetu excus-
 sisse ac sacerdotes sacrum inibi explentes
 ministerium tumultuosis ausibus nequiter
 perturbasse & in quendam Clericum cu-
 stodem dicti ostii insultum fecisse diceren-
 tur

tur venerabilis frater noster Borchardus
Episcopus Lubicens. minus veraciter asse-
rens quod Advocatus & consules prefati
non solum per venie facilitatem delinquen-
di facultatem tribuebant eisdem, verum
etiam ipsos in hujusmodi & aliis dictorum
Episcopi & ecclesie offensionibus defende-
bant, & quod nihilominus iidem Advoca-
tus & consules hijs non contenti in dicta
ecclesia quandam honestam matronam cum
sua pedissequa spoliari suis vestibus & quos-
dam Clericos & Laicos etiam verberari per
ipsorum satellites fecerant & nonnulla alia
que tunc exprimebat in derogacionem li-
bertatis ecclesiastice perpetraverant sine alia
cognitione quaquam, sibi de hijs aliquate-
nus non constaret, prout non constare po-
terat, cum ea non essent notoria neque vera
auctoritate propria pro sue voluntatis libito
prefatos Advocatum & consules monuit ut
infra certum terminum peremptorium de
premissis sibi & eidem ecclesie satisfactio-
nem congruam exhiberent, alioquin in
dictos Advocatum & consules & eorum
quemlibet excommunicationis sententiam
promulgabat. Ex parte vero dictorum Ad-
vocati & consulum fuit coram eodem Epi-
scopo excipiendum propositum, quod cum
sibi de premissis, que vera non erant ali-
quatenus non constaret prout nec constare
poterat

poterat cum ea non essent notoria neque vera sicut superius est expressum. dictus episcopus contra ipsos paratos super hijs legitime stare iuri processisse taliter de iure non poterat nec debebat, propter quod humiliter petierunt ut processum huiusmodi revocaret. Et quia dictus episcopus eos super hoc audire contra iusticiam recusavit ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari infra dictum terminum & tempus legitimum ad sedem apostolicam appellarunt. Quare discretioni vestre de utriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus, quatenus apud Hamburch Bremens. dioeces. vocatis qui fuerunt evocandi & auditis hinc inde propositis quod iustum fuerit appellatione postposita decernatis facientes quod deereveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerunt nominati si se gracia odio & timore subtraxerunt per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Anagnie Kal. Septemb. Pontificatus nostri anno quinto.

XVI.

*Specimen arrogantiae IOANNIS XXII. PP.
qua Lubecensibus inhibet, ne Steuram im-
perii Ludovico Bavaro Imperatori solvant.
1326.*

IOANNES Episcopus fervus fervorum
Dei dilectis filiis consulibus & universi-
tati Lubicensi salutem & apostolicam bene-
dictionem. Cum *Ludovicus* dux Bavarie
olim discorditer in regem Romanorum e-
lectus & per nos suis gravibus culpis exi-
gentibus iure si quod sibi ex eadem ele-
ctione competebat priuatus sexcentas li-
bras Lubecenses quas vero Romanorum
imperator pro tempore solvere ut asseritur,
tenemini annuatim à vobis nitatur exigere,
sicut fertur universitati vestre districtius
inhibemus & mandamus expresse quatenus
premissas libras sexcentas prefato Ludovico
vel alio pro eodem nullatenus exsolvatis,
datum Avinionis Nonar. Decemb. Pontifi-
catus nostri anno X.

XVII.

XVII.

INNOCENTII VI. PP. Bulla de licentia fundandi tria altaria in ecclesia S. Marie consulibus Lubic. indulta. 1354.

INNOCENTIUS Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis consulibus & universitati civitatis Lubecensis salutem & apostolicam benedictionem. Fidelium votis & presertim que divini cultus augmentum respiciunt libenter annuimus & quantum cum Deo possumus favorem apostolicum impertimus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra peticio continebat quod de vestra vestrorumque salute concivium cogitantes ac cupientes terrena in celestis & transitoria in eterna felici commercio commutare proposuistis ad divini nominis laudem sui que cultus augmentum tria altaria in parochiali ecclesia sancte Marie Lubicensis de bonis vobis à Deo collatis fundare & eorum singula pro duobus perpetuis capellanis inibi dno servitutis sufficienter dotare. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut vobis fundandi dicta altaria licenciam concedere & ius patronatus eorum vobis filii. Consules vestrique in officio consulatus vestre civitatis Lubicen. qui pro tempore fuerint reservare perpetuo dignaremur. Nos itaque hujus

C §

hujusmodi salubre vestrum propositum in Dno commendantes vestris in hac parte supplicationibus inclinati fundandi dicta altaria in eadem ecclesia dote tamen sufficienti prius per uos singulis eisdem altaribus pro duobus perpetuis Capellanis pro quolibet altarium eorundem de bonis vestris ut premittitur assignata. Dioecessani loci & alterius cuiuscunque licentia minime requisita plenam & liberam vobis auctoritate apostolica licentiam elargimur. Ius presentandi dyocesano loci hujusmodi duos perpetuos capellanos ad singula ipsorum altarium vobis & successoribus vestris predictis perpetuo reservantes iure prefate parochialis ecclesie et quorumque aliorum semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. - incursum. Datum Avinionis XVII. Kal. Januar. Pontificatus nostri anno secundo.

XVIII.

BONIFACII IX. PP. bulla ad Iohannem Episcopum Lubec. de absolvendis Lubecensibus ab excommunicatione, quam ex contumacia contraxerant. 1401.

BONIFACIUS Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Iohanni Episcopo Lubec. S. & A. B. Sedes apostolica pia mater

ter

ter recurrentibus ad eam cum humilitate filius post excessum libenter se propitiam exhibet & benignam. Dudum siquidem nos ad tui tunc in minoribus constituti instanciam & qui Scolastriam ecclesie Lubecensis tunc obtinebas causam quam contra nonnullos Clericos & cives Lubecenses tunc expressos super eo quod in lesionem iurium ipsius Scolastrie scolas publicas in civitate Lubecensi tenuerunt & teneri fecerunt absque tua licencia speciali & nonnullis aliis iniuriis tunc etiam expressis movere intendebas dilecto filio nostro Angelo tituli sancti Laurentii in Damaso sancte Romane ecclesie presbytero cardinali audiendam commisimus & sine debito terminandam. Non obstante quod causa ipsa de sua natura ad romanam curiam legitime devoluta & apud eam tractanda & finienda non esset, idemque Cardinalis in eosdem Clericos & cives quia in prefixo eis ad hoc certo peremptorio termino competenti cuidam libello pro parte tua in huiusmodi causa exhibito respondere contumaciter recusarunt excommunicacionis sententiam promulgavit ipsosque mandavit & fecit excommunicatos publice nunciari. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Hermannii Dwerg, qui prefatam scolastriam per nos sibi collatam canonice affecutus & per eundem Cardinalem uigore specialis commissionis sibi
super

super hoc per nos facte ad hujusmodi cause prosecutionem extitit admissus & clericorum & civium predictorum peticio continebat, speratur quod ipsi clerici & cives se cum eodem Hermanno super premissis omnibus & singulis amicabiliter uelint concordare pro parte eorundem Clericorum & civium nobis fuit humiliter supplicatum ut eosdem laicos & cives a predicta excommunicationis sententia absolui mandare & alias ipsis & eorum statui in premissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod sedis predictae clementia non consuevit penitentibus veniam denegare hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus eosdem Laicos & cives, dummodo idem Hermanus ad hoc sponte consentiat ab hujusmodi excommunicationis sententia absolvas autoritate nostra in forma ecclesie consveta, injunctis inde eorum singulis pro modo culpe penitencia salutari & aliis que de iure fuerint injungenda. Datum Rome apud S. Petrum xiiij Kal. Marcy. Pontificatus nostri anno undecimo.



II.
IO. HENR. A SEELEN
DE
V O T I,
QVOD
A V G V S T I N O,
Episcopo Hipponensi,
VVLGO ADSCRIBITVR,
F I D E D V B I A
COMMENTATIO.



§. I.

Quod omni historiae, sola divina, quae
 libris canonicis continetur, excepta,
 obtigit fatum, quo relationibus veris fabu-
 losae sunt admixtae; ei historiam quoque
 rerum in sanctiori republica gestarum fuisse
 obnoxiam, viri docti dudum evicerunt.
 Ex his nomino tantum IO. ANDR. SCHMI-
 DIVM, quem ad statores, qui nostra vixe-
 runt aetate, huius historiae iure referimus.
 Eius extat *Historia* (Ecclesiastica nimirum)
Fabulis variorum maculata, Disputationum
 ope per saecula octo deducta, lectu sane
 iucunda, in qua multis narrationibus lar-
 vam detraxit, easdemque idoneas ob causas
 figmentis adscripsit. In hac non reperun-
 tur quidem fabulae ad historiam Augusti-
 nianam saeculi quinti pertinentes, praebuit
 tamen saeculum octavum vnam, quae *Mi-
 racula in Translatione Reliquiarum D. AVGV-
 STINI* inscribitur. Cum vero Monacho-
 rum comminiscendi studium, quo mediam
 aetatem valde commacularunt, non adeo
 miremur, quaerere licet: An e quinto sae-
 culo nonnihil produci queat AVGVSTINI
 res attingens, quod figmentum sapiat, nul-
 loque idoneo nitatur fundamento? Incidit
 in mentem *Votum AVGVSTINO* a permul-
 tis

tis

tis, ne minimo quidem dubitationis signo adiecto, tributum, quo is optasse perhibetur, vt sibi *CHRISTVM in carne, PAVLVM in ore, ROMAM in flore videre* licuisset.

§. II.

Fateor, me istud, ab ipsa iuventute saepius auditum, firmiter credidisse, neque de veritate eius vlllo modo dubitasse. Confirmabar in hac opinione, cum illud typis exscriptum in libris & sermonibus ad populum habitis legerem. At deinceps enata mihi sunt contra illud dubia, quae non possum celare: virorum autem rerum ecclesiasticarum, & sigillatim Augustinianarum, peritissimorum iudicio cogitata mea subiicio, siquidem in vastorum Operum Augustinianorum lectione non nemini occurrere potuit locus, totum hoc momentum ad liquidum perducens, qui me, vel legentem, vel perlustrantem, effugit, cum praefraete inficiari ac eliminare non sit animus istud, quod vel vnico firmo & solido argumento asseri potest & stabiliri.

§. III.

Magno huc afferre possem numero scriptores, a quibus imaginarium hoc *AVGVSTINI* votum, tanquam indubitatum producitur, tamque confidenter vsurpatur, ac
si

si veritas eius nullo plane dubio laboret. Sed non opus esse, arbitror, citare multos, eorumque loca sistere, cum pauci queant sufficere, & esse instar omnium. Quod dentur homines istud credentes, non inficiatur CORNELIVS a LAPIDE in Prooemio de Praerogativa S. Pauli, Commentariis in omnes Divi Pauli Epistolas praemisso, licet ipse videatur iisdem non velle accenseri, dum verbum, *ferunt*, adhibet. De S. AVGVSTINO, inquit, *ferunt*, eum tribus maxime delectatum, tria haec unice optasse & desiderasse; Primo, videre Christum in carne conversantem; Secundo, cernere Romam in flore, & pristino imperii splendore triumphantem; Tertio, audire Paulum in sede & cathedra fulminantem. De hisce tribus S. AVGVSTINI votis RAVISIVS, LIPSIVS, & alii plures, scripserunt. Diferte LAVRENTIVS a WENSIN in Oratione pro Italia (1) exclamat: *Iam vero tandem tu, o ROMA mea, salve; salve omnium dignitatum apex, omnium virtutum magistra, & omnis magnitudinis decus. Votum D. Augustini fuerat: Videre Christum in carne, Paulum in cathedra, & Romam in flore: & iam meum sit votum, si per naturam compos fieri possim. An cathedra pro ore posita votum*

(1) Vid THOM. LANSII Consultat. de Principatu inter Provincias Europae p. 684sq. edit. sec. Tubing, 1620. 4 maj,

tum hoc aliquo saltem modo reddere videatur suspectum, non disquiro: neque nimum, quo ornatur Roma, elogium examino. Annoto potius, quod inter MELCHIORIS IVNII Orationes (2) reperiatur *M. PAVLI SPERLINGI Oratio de triplici Voto AVGVSTINI, quo optasse ille dicitur videre Christum in carne: Romam in flore: Paulum in ore;* ubi cur PAVLVS vltimo ponatur loco, qui secundo alias, & rectissime quidem, ponitur, causa nulla subest, incongruum id potius multis videbitur: ipsa autem Oratio non tam demonstrat, quod Votum hoc ab AVGVSTINO sit profectum, quam morales potius meditationes, CHRISTI ac PAVLI imitationem suadentes, nec non relationes historicas, ROMAЕ demirationem excitantes, complectitur. Occasionem quoque dedit pervulgatum Votum actui oratorio publico, Alcmariae 1639 instituto, & auspiciis quidem REINERI NEVHVSII, Gymnasiarchae, cuius ductu tres habitae sunt Orationes (3), quarum prima *CHRISTVS in carne: secunda PAVLVS in ore; tertia ROMA in flore* inscribitur. Votum hoc esse AVGVSTINI, non videtur dubitatum

D

tatum

(2) Tom. II. pag. 53 sqq.

(3) Insertae sunt NEVHVSII Tyrocinio Eloquētiaē, prima p. 230 sqq. secunda p. 237 sqq. tertia p. 241 - 255.

tatum fuisse, siquidem pravis hominibus, qui mala desiderant, opponitur AVGVSTINVS p. 231 sq. hoc modo: *Multo melius Divus olim AVGVSTINVS, qui non humano more atque vsibus, sic terrestrium rerum deceptus imagine, ut divinae mentis curam humanis consiliis determinavit. Illa sedebat divino Voti sententia, ut unicum suae salutis Reparatorem, CHRISTVM, suis oculis intueri liceret. Feliciter fecisti, AVGVSTINE, nosque omnes, qui momentaneis fortunae crepundiis irrevimus, ac nisi circa rerum umbras & minutias divertimus, pulcherrime in pudorem compulisti. Tu felix ter & amplius, cui tantae sortis dignitas altissime in animum desedit. Quod merito omnium votorum summam excedit; quo non animi aliqua acies pertingere, non omnis nostra ratio oratioque penetrare potest. Laus AVGVSTINO impertita haud obseure docet, quod Votum pro genuino Augustiniano habuerit. Vellem, aspectum Salvatoris, qui factus est oculis corporis, ab aspectu, qui fit oculis fidei, distinxisset. Quantum ponderis insit argumentis, quae pro Voto de CHRISTO in carne viso afferuntur, ex infra dicendis apparebit.* In altera Oratione PAVLVS cunctis praefertur oratoribus, qui summi & eloquentissimi censentur. Tertia Libri Lipsiani de Magnitudine Romana compendium praebet. Extant *Ausserlesene Englische Buss-Predigten über unterschiedliche Sprüche* II. Vol. in Heil.

Heil. Schrift, welche vor dem Parlament, auff den von demselben angesetzten monatlichen Fast-Tagen von den treflichsten Gottes-Gelehrten gehalten sind, aus der Holländischen Sprache in unsere teutsche übersetzt von SIMON IOHANN ARNOLD, Pastore und Inspectore zu Sonnenburg. Anderer Theil. Franckf. an der Oder. 1700. 4. In hac Parte secunda legitur p. 391 sqq. GEORGE SWINNOCKE, Predigers zu Rickersworth, Concio ad Pf. LXXXII, 6. 7, cuius thema: Die Götter sind Menschen, oder, der grossen Leute Sterblichkeit, cui auctor pag. 429 hanc allevit notam: "Ueber diese Worte: Kein Mensch kan mich sehen und leben, saget AVGVSTINVS: Moriar, Domine, vt te videam. Er begehrete auch zu sehen Romam in flore, Paulum in ore, Christum in corpore. BEDA kommt nach ihm, und verändert also das letzte: "Imo vero Regem in Solio stellato sedentem." Perversus hic plane ordo, lectio etiam, corpore pro carne, haud obscure videntur innuere, quod, qui AVGVSTINO Votum hoc attribuere, nulli dubitant, non satis sibi constant. Praeter hos multi reperuntur alii (quos inter esse levis armaturae milites, qui superficiali tantum studiorum genere delectantur, & rivulos magis, quam fontes, in vsus suos convertunt, inficiari nolo), a quibus Votum, quod ab AVGVSTINO derivare audent, ea profertur fiducia,

cia, qua, verum istud esse & genuinum, firmiter sibi persuaserunt. Cunctis his multo prudentiorem se gessit accuratissimus Theologus, IO. CONR. DANNHAWERVS, dum non omnino affirmavit hoc Votum, sed dubie modo retulit, in Sermone, quo Colloquium a Salvatore cum muliere Samaritana habitum exposuit, scribens (4): *Da möchte auch wol einer wünschen, was AVGVSTINVS soll gewünscht haben, zu sehen, gleichwie die Statt Rom in höchstem Flor, Paulum in seinem Mund und Rede, also Christum im Fleisch und menschlichen, lieblichen, anmühtigen Geberden.* Tam caute, tamque circumspecte Votum istud non fuit ab omnibus allegatum, hodieque allegatur. Neque omnem in citando Voto prudentiam abiudicare cupio SAMVELI LANGIO (5), referenti: *Von dem AVGVSTINO wird erzehlet, dass er ihm drey Dinge soll gewünschet haben, und dass er doch den Herrn Iesum im Fleische, Paulum mit dem Munde, und Rom in gutem Zustande hätte sehen mögen.* Optarem vero, vt non diserte legeretur in Indice: AVGVSTINVS wünschet ihm drey Dinge: vt vel vnicus ipsius AVGVSTINI, vel alius fide digni auctoris, locus, huius Voti comprobandi causa, fuisset adductus, cum sola vulga-

(4) Vid. eius Lac Catech. T. IV. p. 210 sq.

(5) Buß- und Beicht-Wecker P. I. p. 106.

vulgaris traditio, saepius mendax, minime sufficiat. Sed eiusmodi quid apud neminem invenire potui, ii potius, quos ego inspexi (omnes, non dixerim), sine vlla auctoritate, Voti veritatem corroborante, istud vsurparunt.

§. IV.

Primus & antiquissimus Vitae AVGVSTINI scriptor est POSSIDIUS (6), cuius nomen non vno modo exprimitur, siquidem alii eum POSIDIVM, alii POSIDONIVM, alii POSSIDONIVM nominant. Hic fuit illius discipulus (7), eodemque familiaris-

D 3 me

(6) De hoc conf. ISIDORVS HISPALENSIS de Script. Eccl. p. 52. HONORIUS AVGVSTODVNENSIS de Ser. Eccl. p. 86. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS de S. E. p. 94. ap. IO. ALB. FABRICIVM in Bibliotheca Ecclesiastica, Add. GVIL. CAVE loc. citand. p. 231.

(7) CENTVRIAE MAGDEBVRGENSES cent. 5. c. 10. col. 1156. de POSSIDIO: *Ab AVGVSTINO in pietatis doctrina & sacrarum Scripturarum institutus videri potest; vbi citatur AVGVSTINI ad MEMORIVM, Episcopum, Epistola, quae centesima trigesima prima est. In hac isthaec leguntur verba: Sanctus frater & collega noster, POSSIDIUS, est per nostrum ministerium, non literis illis, quas variarum servi libidinum liberales vocant, sed Dominico pane nutritus, quantus ei potuit per nostras angustias dispensari. Vnde is a plerisque AVGVSTINI discipulus sine omni dubitatione vocatur.*

me vsus est, aperte professus (8): *Quae in AVGVSTINO vidi, ab eodemque audiui, minime reticere debeo. - - - Fidei non ficta, quae per eum didici & expertus sum, & quam plurimis annis eius inhaerens charitati, explicanda suscepi. - - - Viri, cum quo annis ferme quadraginta DEI dono absque amara vlla dissensione familiariter ac dulciter vixi, & in hoc saeculo aemulator & imitator existam, & in futuro omnipotentis DEI promissis cum eodem perfruar; imo vero ad Calamentis Episcopi dignitatem eveetus, quod, gravem eum fuisse virum, haud obscure indicat. Is itaque, si quisquam alius, aptus erat ac idoneus ad Vitam AVGVSTINI optime scribendam, siquidem cognita ipsi potuerunt esse & perspecta, in quorum notitiam non poterat vnusquisque penetrare. Vsus etiam est commoda hac occasione, atque non solum magni momenti res ab AVGVSTINO gestas retulit, sed eas etiam, quae multo minores videbantur, imo vix dignae, quae in commentariis de tanti viri rebus commemorarentur. Sic e. g. de Vestibus ac Cibis, quibus vsus est AVGVSTINVS, scripsit: Vestis eius & calceamenta & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque vel iactare se insolenter homines solent, vel abii-*

(8) Vit. Augustin. passim.

habere, ex utroque non, quae Iesu Christi, sed quae sua sunt, iidem quaerentes. At iste beatus medium tenebat, neque in dextram, neque in sinistram declinans. Mensa usus est frugali & parca, quae quidem inter olera & legumina etiam carnes aliquando, propter hospites, vel quosque infirmiores, continebat. - - - In ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat. Rationem, cur non condiderit Testamentum, hanc affert: Testamentum nullum fecit: quia unde faceret pauper Christi non habuit. Ad singularia in re domestica ab ipso observata pertinent sequentia: Nunquam clavem, nunquam annulum in manu gesit. - - Domum, vel agrum, seu villam nunquam emere voluit. Annotavit quoque POSSIDIVS quasdam eius Sententias & Apophthegmata, quibus uti consuevit. Haec, & similia, praeter id, quod caput rei est, & praecipua vitae eius momenta complectitur, narravit ita POSSIDIVS, ut iam suo tempore probaverit opinionem eorum, qui, in vitis eruditorum minima non esse negligenda, sed studiose potius annotanda, existimant. At de Voto AVGVSTINI ne γενὸν quidem apud eum reperitur. Quis vero asseruerit, tam diligentem auditorem, tam familiarem per multos annos amicum, nunquam istud ex ore ipsius percepisse, si inde emanasset? Quis vero etiam sibi persuaserit, tam candidum, tam

industriū, tam accuratū biographū istud plane intactū reliquisse, si re vera contigisset, serioque fuisset effusum. Concedo quidem, quod argumenta a silentio desumpta non semper valeant & iustum in cunctis rebus probandi pondus habeant. Sed si res circumstantes hic consideremus, silentium POSSIDII decantatum Votum reddit dubium & suspectum; vetustissimus saltem & omni maior exceptione deest testis, cuius auctoritate potissimum res haec posset ad liquidum perducī & sic corroborari, ut de veritate eius nulla dubitandi causa subesset. Quis enim viro gravi, testi & oculato & aurito: viro ingenuo, qui se a levibus segregat: viro alterius, cuius causa agitur; intima familiaritate candide uso, negligentiam in observando referendi officio imputare poterit? Quod si itaque Voti pro Augustiniano habiti assertores POSSIDIUM testem possent producere, affirmatio eorum recte sese haberet; hoc autem silente, dedissent forsan prudentiae documentum, si ipsi quoque tacuissent, siquidem moralia e facto personae illustris eruenda & proponenda, firmo istud etiam veritatis fundamento niti, requirunt, cum in re Christiana fabulae & incertae traditiones ea non gaudeant efficacia, ut ad confirmandum, ad emendandum, ad erigendum, aliquid, cui vis quaedam & valor inest, queant conferre.

§. V.

§. V.

At statim missum faciam POSSIDIUM, neque vrgebo eius silentium, si alii queant produci testes, qui coevi sunt, qui idonea fide praediti, qui res Augustinianas satis cognititas habuerunt. Sed &, nisi me fallunt omnia, tales deerunt testes, quales hic requiruntur, siquidem saepius legi & audiui hoc Votum, nusquam vero & nunquam additum vidi & audiui fontem, e quo istud hauustum. Quare prudenter egerunt scriptores recentiores, qui de AVGVSTINO, eius ingenii monumentis, rebusque ad eum pertinentibus copiose, imo interdum copiosissime, commentati, ne minimam quidem Voti, quod illi vulgo tribuitur, iniecerunt mentionem, cuius tamen, licet non omnes, aliqui saltem, fuissent recordati, si recte istud sese haberet. Ab ERASMO Operibus AVGVSTINI praefixa est largissima ad ALFONSVM FONSECAM, Archiepiscopum Toletanum & totius Hispaniae primatem, Epistola, permulta complectens notabilia Augustiniana, sed Votum, de quo agimus, plane ignorans. CENTVRIATORES MAGDEBVRGENSES (9) multa ex AVGVSTINO, doctrinae eius probandae, naevorum quoque notandorum ergo, proferunt

D 5

loca;

(9) Cent. V, col. 113 - 1136.

loca ; nullum vero in iis reperire potui, in quo de Voto vel syllaba legatur. ANTONIVS REISERVS, diligentissimus Scriptorum Augustinianorum scrutator, libro egregio, quem *Augustinum Vindicatum* inscripsit, magno praefixit numero Praefulis Hipponensis Elogia, & antiquiora & recentiora, quae inter ne vnicum quidem occurrit, Votum attingens. IO. HENICHIVS (10) magno protulit numero AVGVSTINI loca, exposuit, consideravit, disquisivit, notavit, defendit, nervum probandi ex iisdem ostendit, & aliis modis adhibuit, dum non historice tantum, sed dogmatice etiam AVGVSTINVM tractavit ; at de Voto locum habet nullum : cuius rei praecipua haud dubie ratio est, quia nullum invenit. ANTONIVS MORAINÉ in *Anti-Iansenio* (11) passim vehementer laudat AVGVSTINVM, dum p. 4. expendere conatur quaestionem : *Vtrum vnus Augustinus sufficere queat omni materiae Theologicae ?* commendat valde eius virtutes, e. c. *modestiam*, in Praefat. pag. e iij 2 *scriptorum omnium modestissimum* eum praedicans, & varias alias, vbi tamen naevos eius non vult tacere, quamvis non omnes sint naevi, quos ille pro naevis habet, studio

(10) Hist. Eccles. P. III. p. 235 - 370.

(11) Prodiit hic liber, raro in oris nostris occurrens, Paris, 1652. fol.

studio scilicet partium non raro deditus, in-
que eo magna elaborans contentione, vt
AVGVSTINVM ad coetum, cui ipse fuit
addictus, pertrahat. Hunc multa rerum
Augustinianarum notitia fuisse instructum,
negari haud poterit. At frustra in hoc
etiam quaeritur Votum, quod commemo-
randi facile tamen data fuisset occasio. Prae-
ter hos habemus historiae, vt vniversalis,
sic ecclesiasticae etiam & literariae scriptores,
qui vitam, res gestas, scripta, fata, memo-
rabilia Augustiniana, larga exponunt vber-
tate; Votum autem alto involvunt silentio,
haud dubie ideo, quoniam rem incertam
lectoribus noluerunt obtrudere, & sine
omni, quod solidum est, fundamento scri-
bere. Evolvamus SIXTVM SENENSEM
(12), CONRADVM GESNERVM (13), IO.
CHRISTOPH. MEELEVHRERVM (14), IO.
FABRICIVM (15), GVILIELM. CAVE (16),
IO. GOTTFR. OLEARIVM (17), IO. GE-
ORG. WALCHIVM (18), HIERON. KRO-
MAYE-

(12) Biblioth. Sanct. T, I. Lib. IV. p. m. 385-399.

(13) Biblioth. Vnivers. fol. 112-124.

(14) Coron. centum Patr. & Doct. Eccles. p. 132-
144.

(15) Hist. Biblioth. Fabric. P. I. p. 203-229.

(16) Histor. Literar. Scriptor. Eccl. p. 168-175.

(17) Biblioth. Script. Eccl. p. 90-93.

(18) Hist. Eccles. N. T. Saec. IV. c. I. p. 1456-
1476.

MAYERVM (19), ANDR. RIVETVM (20), CASIMIR. OVDINVM (21), PETR. OPMEERVM (22), CHRISTIAN. EBERH. WEISMANNVM (23), L. ELLIES du PIN (24), IO. IAC. HOTTINGERVVM (25), ROB. COCVM (26); evolvamus plures de scriptoribus ecclesiasticis commentatos, & Votum ubique desiderabimus. Lubens autem fateor, adductos scriptores esse recentiores & ab aetate AVGVSTINI longius remotos. Hoc vero etiam haud difficulter mihi persuadeo, quod si, nonnulli saltem affatim de AVGVSTINO, variis eius locis, testimoniis, sententiis in medium allatis, commentati, Votum invenissent apud scriptores antiquiores, & eos quidem, quorum fides atque auctoritas potuisset sufficere, vel verbulo istud memorassent, neque omnem ei locum inter notabilia Augustiniana dene-gassent. Simili prudentia plures, ad quos provocare etiam possem, si necessitas efflagitaret,

(19) Histor. Eccl. p. 207-211.

(20) Crit. Sacr. Lib. IV. c. 10 sqq p. m. 414-437.

(21) Commentar. de Scriptor. Eccles. antiq. T. I. col. 931-993.

(22) Op. Chronogr. p. 307 sqq.

(23) Hist. Eccl. N. T. p. 460-465.

(24) Nov. Biblioth. Auct. Eccles. T. III. p. 290-497.

(25) Fat. doctrinae de Praedestinatione & Gratia Dei salutari p. 66-75, & multis locis aliis.

(26) Censur. Scriptor. quorund. veter. p. m. 334-381.

gitaret, sunt conspicui, qui itidem votum hoc omiserunt. Vix autem, ac ne vix quidem, dabitur probus historiae eruditae scriptor, qui AVGVSTINI, five paucis, five multis, non meminerit: at non simul voti, quod is effudisse ab imprudentioribus vulgo perhibetur. Cur vero sancto Patri efferendo permagna, imo vero incredibilis, navata est opera? AVGVSTINVS, si infirmitates humanas, quibus itidem laboravit, suos etiam passus manes, excipiamus, erat vir, cum perpaucis modo comparandus, in quo, non dicam omnia, permulta tamen fuerunt summa. Vnde ὁ πᾶνυ, MARTINVS LVTHERVS, in Praefatione (27) in libellum S. AVGVSTINI de Spiritu & Litera, Academicis lectionibus Wittenbergae tractandum, scribere non dubitat: *De laudibus AVGVSTINI nihil hoc loco dicam, nisi hoc unum, quod experientia doctus possum affirmare tutus: post sacras literas nullum esse doctorem in Ecclesia, qui sit illi conferendus eruditione Christiana. Aliis suas laudes concedo: sint loquentes, ut CHRYSOSTOMVS: literis saecularibus instructi, ut HIERONYMVS: sed in omnibus simul collectis non invenies dimidium, quantum in solo AVGVSTINO. Quare si potes & tibi vacat, post sacras literas elige tibi magi-*

(27) Extat inter LVTHERI Epistolas a IO. AVRIFABRO editas Tom. I, fol. 55. 56.

magistrum hunc S. AVGVSTINVM, maxime
 ubi contra Pelagianos, Donatistas & Manichae-
 os pugnat. Hic est enim vir solidae eruditionis,
 in CHRISTO. Habet sane & ipse libros quos-
 dam in principio suae functionis scriptos: sed
 hos legendos esse censeo, ubi horas habetis super-
 fluas & otiosas, & rel. SIXTVS SENENSIS
 vir, inquit (28), est supra omnes, qui ante
 eum & post eum hucusque fuerunt, mortales
 admirabili ingenii acumine praeditus, omnibus
 liberalibus disciplinis instructus, Platonica phi-
 losophia plenissime imbutus, Aristotelicae doctri-
 nae non ignarus, in divinis Scripturis longe
 omnium eruditissimus, & in earum explanatione
 ultra, quam dici queat, incomparabili subtili-
 tate sublimis, omnes Latinae Ecclesiae scriptores
 scribendi labore & lucubrationum multitudine
 superavit, editis plus quam mille & triginta ex
 omni disciplinarum genere voluminibus; de
 quibus composuit ex professo in omnes sparsim
 divinae scripturae libros quamplurima diversi
 generis exegetica, id est, explanatoria scripta;
 quae ipse in praefatione Retractionum sua-
 rum in tres partes divisit, hoc est, in Epistolas,
 Tractatus, & Libros. Cum his consenti-
 unt multo plures, quorum elogia Antistiti
 Hipponensi tributa si commentationi huic
 vellem inserere, nimis longus forem, post-
 que Homerum canere Iliada studerem.

Tanti

(28) loc. cit. p. 385 sq.

Tanti autem viri laudibus dum addere noluerunt rem lubrico, vel potius nullo, fundamento nixam: cum mente & sententia ipsius non convenientem; imo, si ab eo fuisset prolata, ad laudem ipsi non valentem, omnino filere (haec de iisdem mihi subnatae sunt cogitationes), quam minus recte scribere ac dubie, fatius duxerunt.

§. VI.

Quod vero Votum hoc cum mente AVGVSTINI non conveniat, isque aliter fenderit, quam illud *κατὰ τὸ πρῶτον* fuit expressum; ex ipsius eius Scriptis abunde possem declarare, ni pauca attulisse, fat esset. Horum vsui aptiorem invenire mihi non licuit editionem, quam eam, quae Lugduni. 8. sine continua annorum serie prodiit, & quidem Tom. I. II. 1563. III. 1562. IV. P. I. 1561. P. II. 1561. V. P. I. 1570. P. II. 1570. VI. 1562. VII. P. I. 1562. P. II. 1562. VIII. P. I. 1563. P. II. 1563. IX. 1562. X. P. I. 1563. P. II. 1561, ut adeo exemplar, quo ego vsus sum, continuam annorum seriem prae se non ferat. Coniicio inde, quod plures sint editiones Lugdunenses, duas saltem, e quibus diversis annis editi Tomi collecti. Ea, quae mihi ad manus fuit, uti nitidis typis expressa, sic rarioribus adscribenda, quae non omnibus, qui Ope-
rum

rum AVGVSTINI editiones recensuerunt, cognita fuisse videtur. E. c. COCVS loc. cit. p. 334 scribit: *Opera AVGVSTINI edita sunt Basileae, Antverpiae, Parisiis, Lovanii. Non nominat Lugdunum.* Vnde apparet, quod editio Lugdunensis iam illius tempore rara fuerit. Sed hoc obiter. At enim vero quamvis hanc editionem cum sedulitate quadam perlustrassem (quo fine ante aliquot iam annos perquisiveram, quae inter libros meos est, Frobenianam), mihi tamen ipsi diffusus, cogitare incipiebam: ane forsan in tam vasto opere posset aliquid extare a me oculis interdum fugitivis non animadvertsum; memineram editionis Benedictinae, quam, sciebam, possidere Virum, quem Hamburgum maximis suis ornamentis iure accenset, MICHAELEM RICHEY, Professore multo magnisque meritis inclytissimum, cuius Senis venerabilis favore & candore ab annis iuventutis ad hoc usque tempus maiori fruitus sum copia, quam mihi digne satis praedicare licet. Ab hoc petere, vt Benedictinam quoque editionem inspiceret: num in ea forsan aliquid reperiat, quod possit interservire illis, qui AVGVSTINO Votum hoc audent assignare; valde initio dubitabam, cum octogimum primum aetatis annum agat. Verum audaciam meam singularis eius benevolentia, & quas laetissimus cognoveram, vires

vires animi integrae (quibus DEVS optimus maximus senectutem sine senectute, sine morbis, sine imbecillitate, imo omnem, quam sincerissima vota, & mea, & multorum aliorum, complecti possunt, prosperitatem benignissime adiungat!) superabant. Ille vero hic etiam sese praebuit humanissimum, hacque ratione d. 25 Nov. 1758 rescripsit: *Wegen des Voti Augustini habe ich, Ihnen zu dienen, die Benedictinische beste Edition seiner operum vor mich genommen, und bin alle 8 volumina sorgfältig durchgegangen; aber weder in textu, noch in notis & dissertationibus, noch in den sehr fleißig gemachten Indici- bus, hat sich die geringste Spur des erwehnten Voti aufgethan. Wo soll ich ferner suchen? wenn nicht iemand, der des Voti erwehnet, einen Zeugen oder Gewährmann angeführet hat? Ich finde auch nichts in einigem Florilegio, so gar nicht in dem grossen Tröster, dem Beyerlinck. Ex hac itaque etiam editione, aequae ac ex aliis, qui commemorantur, libris res non ad liquidum perducitur. Sed expendamus breviter ipsum Votum, & intelligemus, quod ad mentem AVGVSTINI non sit conformatum.*

E

§.VII.

Misc. Lub. Vol. II.

§ VII.

Prima Voti pars est: *Videre CHRISTVM in carne.* Quis sibi persuadebit, AVGVSTINVM fuisse imprudentem adeo, vt optasset aliquid, vnde nullum sibi commodum potuisset polliceri. Quae enim sibi exoptant, qui non ab omni prudentia volunt esse, saltem videri, remoti, ea ipsa putant semper esse bona, licet nonnunquam valde errent & imaginaria modo bona sibi evenire cupiant. CHRISTVM in carne viderunt malae notae homines, pessimi Iudaei, perditi Pharisei, corrupti Scribae, impii Sadduceaei, profani Gentiles, homines sceleratissimi, fide sanctissima, qua saluberrime Eum complecti debebant, plane destituti. An vero hoc eos iuavit? An salutem eorum promovit? An vllum iis emolumentum comparavit? Minime. Obfuit illis magis, quam profuit. Offendiculum scilicet ceperunt ex habitu ipsius externo, ineptissime putantes, maiestatem eius & divinitatem longe sublimius quid & excelsius postulare. Nonne vero idem potuisset AVGVSTINO, qui homo etiam erat, obtingere? Is verba: *CHRISTVM videre*, sensu multo saniori ac salubriori exponit, & largitur quidem, quod CHRISTVM in carne oculis etiam corporis videre potuerint impii (*in corpore poterant & impii oculis eum videre*, haec sunt ipsa eius verba); sed quod solus
hic

hic aspectus profanis hominibus usum aliquem praestiterit, neutiquam affirmat (29). At piis forte potuit conducere, quod CHRISTVM in terra versatum intuiti sint. Quod delectationem ipsis attulerit & gaudium, videre posse in carne eum, cuius praesentiae desiderio fideles veteris testamenti dudum flagrant, nemo forsan in dubium vocabit. Verum enim vero qui oculos fidei occluserunt, atque visionem corporalem praetulerunt spirituali, ii ne minimum quidem ex illa fructum, animabus utilem, potuerunt percipere. THOMAS videbat oculis corporis Salvatorem. Num vero vel minimam inde hausisset utilitatem, si oculi fidei non fuissent aperti? Et quis dubitabit, quin AVGVSTINVS probe expendit verba Sosipitatoris (30): *Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πισεύσαντες*. Quis ergo, Votum intemptivum sapientiae Augustinianae non repugnare, cum ea potius conciliari posse, affirmabit? Plura, quae huc referri possunt, diligens scriptorum Augustinianorum lector & scrutator inveniet. Quod si vero decantatum Votum ei occurret, me feliciorum eum declarabo, cum mihi quidem non licuerit exclamare: *εὐρηκα!*

E 2

§. VIII.

(29) Vid. Exposit. in Io. XIV. T. IX. Opp. p. 536sq
Ep. ad Paulin. T. II. p. 604 — 633.

(30) Io. XXI, 29. Conf. I. Pet. I, 8. 9.

§. VIII.

Altera est: *Videre PAVLVM in ore.* An satis accurate hic adhibitum videtur verbum, *videre*? Nonne *audire* rectius dicitur de Oratore, quam *videre*, cum plus interfit, eum audivisse, quam vidisse? Qui AVGVSTINO hoc affinxit, is forte *ἀκριβείας* non habuit rationem. Sed critice rem non disquiremus. Notamus potius, quod AVGVSTINVS divinam disertissimi gentium doctoris facundiam, vimque in ea reconditam permagni fecerit, & summam eius praestantiam ea, qua par est, ratione aestimarit. De Paulina enim eloquentia praeclare differit: valde eam effert: Apostolum artificii oratorii insigniter fuisse peritum, fatetur (31): magnifica eum idcirco laude ornat (32): elogio insignit ita comparato, vt magnitudo eius luculenter appareat (33): scientiam consummatissimam & vim dicendi maximam in sancto legato demiratus (34). Atque hic data ipsi fuisset occasio emittendi Votum, si istud proferre, habuisset in animo, idque persona sua dignum existimasset. Sed altum memoratis

locis

(31) Lib IV. de Doctrin. Christian. c. 7. p. 88sq.

(32) Lib XIV. de Civ. Dei. c. 9.

(33) Enarrat. in Psalm CXLVII. T. VIII. P. II.
p. 1028sq.

(34) Homil. IV. T. X. p. 537.

locis de Voto est silentium. Paulum in ore, i. e. Paulinae eloquentiae praestantiam & efficaciam, docte atque eleganter describit, laudat, defendit, HERMANNVS WITSI-VS (35); Voti vero, etsi commoda hac occasione, qua locum etiam AVGVSTINI de Paulo, idiotam se sermone esse, falso, adducit, potuisset, non meminit.

§. IX.

Tertia est: *Videre Romam in flore.* Fue-
rat ille Romae anno 383, cum vicesimum
oetavum aetatis annum ageret, sed Chri-
stianis sacris nondum erat imbutus, siqui-
dem anno 33 Mediolani demum sacro lava-
cro tinctus est. Quae itaque viderat, cum
esset Paganus, eorum, Christianus factus,
potuit quidem recordari, verum ita, vt ma-
gis illa abominaretur, quam iterum isthaec
spectandi inflammaretur cupiditate. Cum
floreret Roma, multi simul in eadem foeti-
di efflorescebant flores, i. e. multa regna-
bant turpissima vitia, scelera, flagitia, quae
inter erant foedisima superstitione comma-
culatus falsorum Numinum cultus: impie-
tas ludis & spectaculis exercita: luxus im-
modicus: fastus intolerabilis: obscœna in-
dictis & factis spurcicies; βδελύγματα alia,
E 3 quae

(35) Meletemat. Leidens. p. 163 sqq.

quae spectare cupivisse sanctum AVGVSTINVM, quis credat, qui novit, quod is Romae quidem, non autem honoris, sed ignominiae causa, meminerit? Iactantiam scilicet Romanae civitatis castigat (36). Imo, ut paucis dicam, multa passim habet, quae Romae ad laudem minime valent (37). Cur igitur desiderio Romam in flore videndi flagrasset? An propter Palatia, Aedificia publica, stupenda Opera alia? Haec oculos forte potuissent delectare; horrenda, quae in hac Vrbe grassabantur, vitia, non potuissent non piam mentem contristare, eisdemque horrorem iniicere. Quae hinc in Christiano & fideli homine delectatio? quae videndi cupiditas? Sane nulla. Annotat AVGVSTINVS etiam varia de Romana civitate a Gothis capta & everfa (38); sed pristinum eius florem tacet, urbem florentem vidisse, non optat. Forte etiam non plane omisisset Votum IVSTVS LIPSIVS (39), qui

(36) Quaest. in V. & N. T. Tom. IV. P. II. p. 108.

(37) Conf. Lib. de Civ. Dei I. I. II. 18. 19. III. 12. 21. 23. IV. 9.

(38) Serm. XXIX. in Luc. T. X. p. 151.

(39) Qui supra §. 3. inter Voti patronos nominatur, est MARTINVS LIPSIVS, IVSTI cognatus, Lovanii Canonicus regularis S. Augustini, qui librorum AVGVSTINI editor maluit in errore versari, quam aliquid reticere, quod Praefuli Hipponensi posse ad honorem valere, putavit.

qui in *Admirandis, sive de Magnitudine Romanae libris IV*, congescit ea, quae laudes (quas ut amplificet, vitia interdum audet excusare) Romae complectuntur. Ad has retulisset forsan quoque tanti Patris, tanti reipublicae literariae luminis, desiderium, illius florem videndi, si stupendae lectionis viro in idoneo quodam scriptore, ad rem hanc probandum apto (fontes enim hic requiruntur: rivuli non demonstrant) obvenisset. Sed videtur istud noluisse afferre, quoniam haud dubie novit, incertum illud esse, dubium, solo fragili traditionis fulcro nixum. Quare in toto libro Lipsiano nihil ad Votum AVGVSTINO vindicandum spectans reperitur. Magnus quondam Wittenbergae Orator & Antiquarius, IO. GVIL. BERGERVS, quem post fata etiam hospitem & praeceptorem gratus veneror, anno 1739 habuit Collegium, quod *αὐτόγραφου*, ex auctione publica coemptum, nunc possidet vir celeberrimus, IO. DAN. OVERBECK, Collega amicissimus, cuius humanitate istud inspicere licuit. Hoc ille statum Reipublicae optimum Auditoribus suis cognitum redditurus, *ROMAM IN FLORE* inscripsit. Adumbrat itaque imperium Romanum, quod in tantam excrevit magnitudinem, ut permultis tandem iniecerit stuporem, innumeris istud demirandi ansam praebuerit. Maximum autem florem tem-

E4

pori-

poribus AVGVSTI assignat. At non obli-
 viscitur luxuriae, fortunarum exhaustarum,
 & quod inde secutum est, rerum nova-
 rum ac rapinarum studii, socordiae, libidi-
 nis, voluptatum, festorum dierum nefa-
 storum, ludorum varia turpitudine & petu-
 lantia mixtorum, spectaculorum non sem-
 per honestorum, parricidiorum, peculatus,
 & plurium vitiorum ac scelerum, quae ite-
 rata spectandi vice, & in senili potissimum
 aetate, in profano quidem homine, non
 vero in Christianae pietatis studioso viro,
 excitare potuerunt desiderium. Solo ita-
 que titulo, ab vna Voti parte desumpto, vsus
 est BERGERVS, minime fecit cum iis, qui
 illud censent Augustinianum. Sic enim in-
 cipit collegium: *Fertur AVGVSTINI tri-
 plex optatum, & rel.* Vbi verbo, *fertur*,
 luculenter indicat, quod non firmam veri-
 tatem, sed vulgarem modo traditionem,
 huic quidem instituto magis, quam indoli
 Augustinianae convenientem, velit in vsus
 suos convertere. IOHANNES CASPAR
 SVICERVS vsus quidem potissimum est
 scriptoribus Graecis (vnde etiam opus suum
 inscripsit *Thesaurum Ecclesiasticum ex Patribus
 Graecis*); at dum Romae amplitudinem, po-
 tentiam, maiestatem, gloriam, vult decla-
 rare, e Latinis quoque auctoribus, OVIDIO,
 MARTIALI, CORNELIO NEPOTE, LV-
 CANO, VIRGILIO, HORATIO, PROPER-
 TIO,

TIO, varia affert in medium: imo ad scriptores itidem Christianos, PRUDENTIVM ac HIERONYMVM, provocat (40). Rem pro indubitata omnino habendam non auisim quidem pronuntiare, coniectura tamen, non plane forsan fallax, potest oriri, quod pro Romae excellentia SVICERVS attulisset etiam magni viri Votum summam Urbis praestantiam testans, si istud aut in monumentis Augustinianis, aut in idoneis scriptoribus invenisset. Et sic in libris aliis, ubi Roma florens copiose describitur, frustra Votum, quo oculis illam vsurpare voluisse, creditur AVGVSTINVS, quaeritur.

§. X.

Quod si *Virtutes*, quibus AVGVSTINVS, post emendationem vitae & sancta munia suscepta, laudatissime fuit conspicuus, consideramus, eae nos etiam haud difficulter a sententia, quae non paucis arripit, abducent.

Pietatem, cui, a vitiis retractus, sincere fuit deditus, nemo inficiabitur, quem gestae ab ipso, annis provecto, vitae rationes non fugiunt. Egregio quidem exemplo matris, MONICAE (quae supra communem sortem ob pietatem celeberrima a CAVEO (41)

E 5

recte

(40) Thef Eccl. T. II, col. 913.

(41) loc. cit, p. 168.

recte praedicatur, cuiusve pietatem nemo
 luculentius descripsit, nemo intensius lau-
 davit, quam ipse ob pietatem post fata quo-
 que commendandus, meritissimus quon-
 dam Praeful Lubecensis, GEORGIUS HEN-
 RICVS GOETZIVS, in peculiari, eadem-
 que lectu digna, de *MONICA, matre AV-
 GVSTINI*, Commentatione) fuit excitatus;
 potissimum tamen e limpidissimo sacrarum
 literarum fonte veram hausit & non infuca-
 tam pietatem. An vero intemerata pietas
 suadet ac permittit, vt optetur aliquid,
 quod per ipsam conditionem suam impetra-
 ri non potest: quod, vt optetur, nusquam
 in sacro codice praecipitur: quod in votis
 habere, nulla exigit necessitas: quod, si
 eius etiam copia fieri posset, solum piis non
 maius acquireret incrementum, quam im-
 piis, quorum saluti nihil inde accrevit, dum
 vera in Sospitatorem fide caruerint? Quod
 si quis Voto de videndo in carne CHRISTO
 temeritatis nonnihil & nimiae curiositatis
 attribuerit, is non omnes habebit dissenti-
 entes.

Ob *prudentiam* multis in negotiis, vel
 expeditis, vel interdum etiam omissis, o-
 stensam, laus AVGVSTINI magna merito
 censetur. Nonne vero aliquam saltem im-
 prudentiae notam sibi inussisset, si calamo
 PAVLI, i. e. iis, quae is divino instinctu
 scripsit, non fuisset contentus, sed, nimis
 curio-

curiosus, os etiam desiderasset, eundem-
que verba pronuntiantem videre, vel po-
tius audire, voluisset, cum Literae ab eo
consignatae sufficiant. Non AVGVSTI-
NVS, sed quisquis Votum ei affinxit, elo-
quentia PAVLI externa voluit etiam dele-
ctari, etsi, dum interna est in illius Epi-
stolis, externa non requiratur, qua sine de-
trimento animae Christianus potest carere.

Mentem quoque AVGVSTINI *vanita-
tis odio* fuisse imbutam, certum est. In
qua vero vrbe florente maiorem vidisset &
perniciosiorum vanitatem, quam in Roma-
na, vbi vanorum & hominum & factorum
& simulacrorum & figmentorum plena e-
rant omnia? Cognita haec e vetustis anna-
libus fuisse AVGVSTINO, is modo voca-
bit in dubium, qui scripta Augustiniana,
imo vel solum librum de Civitate Dei,
nunquam inspexit, multo minus attente
perquisivit. Quis ergo credet, quod *πονη-
ρόπολι* videre serio voluerit, neque magis
studuerit sibi cavere a periculo, quod ipsi
quoque potuisset nocere? Domum, in qua
homines laborant pestilentia, nemo, qui
sapit, sponte ingreditur. Et prudentem
AVGVSTINVM, nulla urgente necesfita-
te, intrare voluisse urbem labe morali,
quae peste est pestilentior, infectam, apella
Iudaeus credat, non ego. Germanus fae-
culi

culi decimi sexti AVGVSTINVS, LV-
 THERVS, fuit Romae. Quid ibi vidit,
 ipso testante? Monstra horrenda, informia,
 ingentia, quibus lumen & sanae doctrinae &
 ingenuae probitatis ademtum. Tempori-
 bus antiquioribus tanto Romae visa sunt
 abominanda numero, vt nemo facile eum
 queat inire. Maior fane erat AVGV-
 STINI sanctitas, maior religio, maior
 coelestis Numinis veneratio, maius vani-
 tatis odium, quam vt illa iterum videre
 eo voluerit consilio, vt oblectamentum
 inde caperet & voluptatem. Creditu hoc
 admodum difficile esse, arbitror, praefer-
 tim, cum veritas Voti idoneo & fide digno
 testimonio destituatur.

§. XI.

Praetereo alia, quae fidem Voti huius
 dubiam videntur reddere. Sic e. c. in
Sermonibus (42), quos Tomi decimi Par-
 tes duae continent, varia passim ad
 AVGVSTINI personam, fata, virtutes,
 sententias, spectantia reperiuntur, quod
 vel solus Index huic Tomo praefixus in-
 dicat; sed Votum illi assignatum hic
 etiam frustra quaesivi. Diversus ordo &
 vari-

(42) Num omnes genuini sint? & nulli inter
 eos reperiantur supposititii? non disquiro.

variantes lectiones, quibus Votum non vna semper ratione, sed ab aliis sic, ab aliis aliter, exhibetur, nescio quam dubitationem legenti possint suggerere. LV-
THERVS diligentissime legit AVGVSTINI scripta, multaue ex iis excerpfit & in vsus suos convertit. Forte vsurpasset etiam, data occasione, Votum, si istud ei obvenisset. Sed in LVTHERI libris, quos ego quidem legi, huiusmodi quid non reperi. Plura non addo.

§. XII.

Quaerere modo licebit: Vnde Voti huius fictio traxerit originem? Quis primus istud sub AVGVSTINI nomine orbi obtruserit? Quo tempore, quove anno id primum prolatum sit? Quid ansam ei dederit? De his facilius est cogitare, quam solidis illud argumentis evincere. Quod si vero coniecturae locus dabitur, licebit forsan inhaerere cogitationi, quod AVGVSTINVS eiusmodi quid in familiari sermone protulerit, vel ab alio audiverit; re autem accurate expensa, haec cogitata abiecerit; quae audita aliquis divulgavit, serio locutum esse AVGVSTINVM, arbitratus. Scripto, Praefulis Hipponensis nomen mentito, sed perditio, insertum forsan est, sicque in vulgus sparsum. Cum vero
fictio-

fictiones & fabulae per traditiones ab vno saeculo ad aliud, imo ad plura, propagentur, idem hic potuit evenire. AVGVSTINO perperam attributa non inepte comparabuntur cum LVTHERO affectis, quae multi vellent, a IO. AVRIFABRO haud fuisse sic dictis Colloquiis Mensalibus non satis prudenter illata. Sed conicio tantum, non demonstro, meliora & certiora allaturo libenter cessurus. In ea interim persisto sententia, quod AVGVSTINO inferatur iniuria, quando illi assignitur aliquid, quod tanto viro, tanto Ecclesiae lumine, indignum, vsque dum legitimis & solidis probabitur argumentis, quod incaute saepius vsurpatum Votum, ipsum AVGVSTINVM verum auctorem agnoscat.

Pag. 63. lin. 27. duas leg. duae.



III.

III.

OTTON. LVDOV. Königsman

DANVS INTERPRES

CVM

FONTIBVS SACRIS

ET VERNACVLA B. LVTHERI

COLLATVS,

SIVE

OBSERVATIONES SELECTAE

IN

CAPITVM GENESEOS V. & VI.

COMMATA ALIQVOT.

ACCEDIT MANTISSA.



Cap. V. v. 1.

Da Gott den Menschen schuf.

Paa den Dag Gud skabte Mennesket.

An dem Tage, da Gott den Menschen schuf.

ביום ברא אלהים אדם. *Eo ipso die,*
 quo pulvis e terra homo formabatur, ad
 divinae imaginem similitudinis creabatur.
 Omittit vernacula vocabulum יום, quo qui-
 dem non omnis impeditur sensus, sed gravi
 tamen ex causa notatur *dies* creationis, ut
immediata maxime ADAMI a Deo creatio
 patefcat. (1)

v. 4.

- (1) "Creationem Adami antea quidem descripse-
 rat c. 1. & 2. sed hic repetit, tum ut originis
 diversitatem indicet, quod ille a Deo imme-
 diate productus, caeteri ab hoc benedictione
 divina procreati sint; tum ut propagationem
 generis humani ab uno parente, qua orbem
 antediluvianum & postdiluvianum clarius de-
 duceret; tum ut qualitatem & conditionem
 disparem hominis a Deo creati, qui ad simi-
 litudinem Dei factus, & posterorum etsi fan-
 ctissimorum, qui caro de carne nati ad imagi-
 nem Adami per peccatum corrupti progeniti
 sunt, indicaret; tum imprimis, ut qua serie
 ab Adamo majores Messiae, a quo Adamo &
 toti posteritati salus reparanda erat, descen-
 dant, doceret; tum denique, ut chronologiam
 mundi

v. 4.

Und lebte darnach 800 Jahre.

Og Adam levede, efter at han haude
aulet Seth, otte hundrede Aar.

Und Adam lebete, nachdem er den Seth ge-
zeuget hatte, 800 Jahr.

ויהי ימי אדם אחרי הולידו את-שת

· Hasce quidem voces:

אדם אחרי הולידו את-שת
supprimit
teutonica translatio, sine tamen ullo sensus
impedimento: namque in antecedenti com-
mate subjectum legitur, de quo agit con-
textus, ADAM, narratur quoque genera-
tio SETHI, filii, ad quod ex intentione LV.
THERI nostri pio lectori recurrendum erit.
Eademque ipsa ratio est commatum hujus
cap. 7. 10. 13. 16. 19. Non vero ubique ea
usum fuisse licentia interpretem nostrum,
vel vigesimus secundus hujus cap. versus
evincit, ubi hoc אחרי הולידו diserte ex-
primitur, nachdem er Methusalah gezeuget hatte,
& sic in plurimis locis, salva tamen litera,
sensum maxime ob oculos habuisse patet vi-
rum divinum.

F

v.22.

„mundi minime hiulcam aut ambiguam hic si-
„steret. Ideo a die illo, vel tempore, quo
„conditus est Adam, orditur, non ab Enosi
„temporibus, quae proxime designauerat c.IV.
„extremo. A. CALOVII Comment. in Genesin p.589

Misc. Lub. Vol. II.

v. 22.

Blieb er in einem göttlichen Leben.

Og Enoch vandrede med Gud.

Und Enoch wanderte mit Gott.

וַיִּתְהַלֵּךְ חֵנוֹךְ אֶת־הָאֱלֹהִים. Suppositis
iis, quae modo observavimus, omisio $\tau\alpha$
 $\chi\eta\eta$ morari lectorem nequit. Circumspi-
ciendum potius est de *ambulatione Enochi*
cum Deo. (2) Ita cum Dano translationes,
quas ad occidentem incolentium linguae
ministrant, omnes fere $\tau\omicron$ $\chi\eta\eta$
 $\chi\eta\eta$ pronunciant (3) Univerſum, teste
PAV-

(2) In quam locutionem *ἐμφατικωτάτην*, inter
tot interpretum pios eruditosque labores, instar
omnium & primo loco legi meretur & relegi
D. FRID. WAGNERI, sacrorum Hamburg. an-
tiſtitis ſumme venerabilis, quem eccleſiae & orbi
literato diu ſuperſtitem eſſe jubeat Deus T.O.M.
ſolidiſſima & religioſiſſima commentatio, quae
proſtat *in den auſerleſ. Canzelreden F. I. p. 531*

(3) De vera $\tau\alpha$ $\chi\eta\eta$ notione, quando praepoſi-
tionem *cum*, *apud* exprimit, brevem adjicere
liceat obſervatiunculam, non forſan inutilem,
B. DANZIVS hoc in caſu dageſſari illud $\chi\eta\eta$ §.
39. Inſtit. III. o. 3. γ . pronunciat, & nihil ſane
veritati magis conſentaneum ſcribere vir erudi-
tiſſimus potuiſſet. Idem fatetur hoc cel. TYM-
PIVS in doctiſſimis ad *Concord. Nold. animadv.*
pag. 125. a. ſcribens: — *Uſu ita diſponente,*
ut forma raphata fere ad accuſativi notam ſit
pertracta, dageſchata praepoſitionis notioni ſal-
tem ſervata. Eo autem ipſo a forma raphata $\tau\alpha$

$\chi\eta\eta$,

PAVLO Ebr. XI. 5. 6. fidei pietatisque He-
nochianae curriculum unico hoc divino en-

F 2

comio

נת, *accusativi* ut plurimum nota, hanc dage-
schatam probe distingui, ego quidem, nisi
omnia me fallunt, extra omnem positum dixe-
rim dubitationis aleam, quamvis ita non judi-
care videatur vir eruditissimus modo laudatus,
praeceptor per omnem mihi aetatem venerabi-
lis. Quoniam enim cum b. NOLDIO aliisque
bene multis in ea stat, quam nec ego averfor,
sententia, לפני יהוה נת exponi per לפני יהוה
cap. XVII. 1. cet. ideo *coram* נת h. l. ver-
tendum esse & demonstrare *objectum*, ad quod
actio vel totius vitae institutae ratio dirigatur,
putat vir excellentissimus. Vid. *animadv. X. l. c.*
p. 127. Nec de hoc ambigo, posteriorem phra-
sin exponere priorem, non quod ad formales
notiones singularum vocum, sed quod ad sen-
sum adinet utrique dictioni communem. Nun-
quam vero לפני idem erit quod נת, quamvis
adscribatur huic vocabulo in opere *Noldiano*,
notio נת *coram*, de quo quidem, quid sen-
tiam, jam supra declaravi. Nec etiam, quia
התהלך לפני ה' est *coram Deo ambulare*,
ideo התהלך את ה' eodem transferendum
modo, & obtrudenda erit נת *coram*.
Differunt omnino hae phrasae, si diversas con-
sideres notiones naturales vocum נת & לפני;
si ad rem, quam tota vis earum pronunciat, ad-
plices animum, amicissime conspirant. Inde
fit, ut idem utraque dictio, *vitam* nimirum
voluntati divinae consentaneam, integram, scele-
risque puram in ss. denotet non veteris modo
sed & novi foederis, ex quo conferre cum hac
locutione solent viri docti Paulinum περιπα-
τησαι

comio perfectissime absolvitur. *Ambulabat cum Deo*, sancte & assidue indefessoque studio

τησαι ἀξίως τῶ Θεῷ I. Thess II 12. & τῶ Κυρίου, Col. I. 10. coll. Ephes. IV. 1. Vid. b. H. B. STARCKII *Ebraism. etymol.* p. 9. cui equidem accensendum puto, effatum Salvatoris Luc. XI. 23. ὁ μὴ ὦν μετ' ἐμοῦ, καὶ ἐμὲ εἶναι. Interim factus maneat & textus canon. quem artis grammaticae magistri tradunt מלת את כשתבא דגושה עם הכנויים תשמע שמוע עם אתו אתך וגו' qualis exhibetur in *Institut. gramm.* MOS. KIMCHI, editis & doctissimis animadversionibus instructis a CONST. L'EMPEREUR, p. 252, qui quidem vir κριτικωτάτος canonis huic mox subjicit: "praepositio את non tantum cum affixis Dagesch recipiens nostro *cum*, id est συ Graeco respondet; sed etiam separatim & sine Dagesch eadem notione aliquando usurpatur: ut 2 Chr. 22. 5. & Ier. 12. 5." Verum hisce in locis nudum את, sequente lin. Makkeph & cum insequente eam conjungente vocabulo occurrit, nec aliqua terminatio pronominis ei suffigitur, propterea Dagesch ei imprimi necessario non potuit, exinde vero frustra deducitur, sine Dagesch illud occurrere, vel Dagesch illud non pati. Patitur omnino Dagesch hoc את per *cum* transferendum, imo illud Dagesch exhibet, accedente tantum modo aliquo pronominis suffixo, adeoque, ut paucis habeat lector, quid statuam, nullatenus hoc את, accedente suffixo dageschandum, cum eo velim confundi, quod in forma occurrit raphata, ע, accedentibus suffixis, ך ad primam admittit radicalem. Ομο-

dio cum illo conversabatur. Ex qua Paulina *ambulationis* hujus descriptione scite GVIL. MOMMA fidei, charitatis atque spei studium Henochianum elicit. “Fidei enim,

„inquit, est προσερχεσθαι, charitatis ευαρε-

F 3

„σησαι,

Ομοψηφον citare liceat b. CHR. KOERBERVM, cujus subjunctum est editioni Tympianae Concord. Nold. *Lexicon particul. ebr.* Non quidem diffiteor, *multum vagari* auctorem *extra oleas*, quod limatissimum cel. TYMPII in praef. ad opus Nold. de eo est iudicium, jure propterea suo monentis, ut cum grano salis tradita ejus accipiantur, & *ne admittantur temere, quae ex Arabica pera promit*; sed minime huc trahi vellem, quae pag. 12. 13. de discrimine tradit טז תן, nominativi & accusat. nota, atque תן, cum, apud, significante. Omnibus enim recte perpensis, illis quidem, quae de posteriori תן observat, calculum addere meum nullus dubito. Sunt autem istiusmodi: “תן cum, „apud. Idem quidem cum praecedenti esse „videtur, ast diversitatem ת in incremento dageschatum satis prodit. Hoc nimirum est „nomen a R Arab. התן, multus, copiosus „fuit.“ Ita ab תן, nomine a rad. התן venit, obvenit, obtulit distinguit vir hebraice doctissimus, IO. IAC. BREITINGERVS, Professor quondam Tigur. celeberrimus, תן cum, quoniam ante incrementa dageschatur. “Hoc, inquit, nomen est a rad. התן Arab. multus, „copiosus fuit. Denotat igitur proprie copiam, „item consequenter *communione*. Haec enim „inter plures locum habet & simul infert aliquam copiam. In brevi eoque elegantissimo *de idiotism. sermon. hebr. commentario*. p. 89.

„σησαι, ſpei ἐκζητησαι τον θεον.“ Dignum sane de constanti (4) probitate & ſanctitate HENOCHI testimonium ipſius Dei T. O. M. quod in verſione exprimat (5). B. MELECH cum hoc eloquio (6) confert c. 48.

V. 15.

(4) *Constantiam* enim & *assiduitatem* pietatis Henochianae hac praesertim emphasi conjugationis Hithpael indicari, & linguae genius, 1 Sam. 30, 31. & verae ratio pietatis, & ipsum in commate nostro spiritus s. divinum testimonium, quo *per 300 annos cum Deo ambulavisse perhibetur*, luculenter commonstrant.

(5) Auch diese **Beständigkeit** Henochs im guten wird durch das **wandeln mit Gott** angezeigt. Denn wer wandelt, der läßt es nicht dabey bewenden, daß er nicht zurück komme, sondern gehet, ohne stille zu halten, immer weiter fort, und komt seinem Ziel immer näher. Was also Paulus von den Gläubigen bezeuget, 2 Cor. V. 7. **wir wandeln im Glauben**, das traf auch bey dem Henoch ein, welcher nicht nur gut anfing, sondern auch nach dem Maß der menschlichen Unvollkommenheit im guten unveränderlich beharrete, und in den Glaubens und Tugendsschranken seinen Lauf unverrückt fortsetzte, biß er denselben seliglich vollendet hatte. Verba recitamus viri celeb. TH. CHR. LILIENTHALII, quae ex collectione elegantissima orationum sacrarum in c. XI. ep. ad Hebr. quam **das Wort des Glaubens in der Kraft** inscriptam anno superiori in lucem emisit, huc transcripsimus, lectu dignissima.

(6) Citat autem verba duntaxat textus ויתהלך חנוך, supprimitque insequens את, adeoque non ad את sed ad verbum ויתהלך in hac collatione maxime attendit.

v. 15. *coram quo ambulaverunt patres mei, & hoc modo illud περιφραζει: שם כל השקו באהבת השם והתעסק בחכמות והכיר את בוראו משהגיע לס"ה שנים collocabat omne desiderium suum in diligendo Iehova, atque sedula in sapientia occupatione cognitioneque creatoris sui, usque dum ad annos aetatis CCCLXV. pertingeret. Versio των δ' εὐαρεσησε maluit, non secus ac si pro תההלך legissent התרצה seniores isti; vid. 1 Sam. 29. 4. quos sequitur epistola ad Ebraeos, beneplacitum Dei in pietate pro ipsa pietate, metonymia effectus pro causa, pronuncians. Pietatem excipit praemium pietatis, quod sequentibus verbis designatur.*

v. 24.

Gott nahm ihn hinweg, und ward nicht mehr gesehen.

Og hand var ikke mere til, thi Gud tog ham.

Und er war nicht mehr vorhanden, denn Gott nahm ihn.

ואינונו כילקח אתו אלהים Transponit Germanus interpres verba sacra, causamque absentiae & subiti ἀφανισμὸς Henochiani postponit absentiae ipsi, cum consulto textus primo discessum ipsum, deinde discessus causam, sublationem nimirum diuinam quoad corpus & animam in sedem beatorum

F 4

abs.

absque ullo mortis articulo, Jes. LIII. 8. 2 Reg. II. 3. 5. 9. memoret, sic enim gentium apostolus hanc assumptionem divinam exponit, Ebr. XI. 6. qua mortis expers raptus ad coelites est HENOCHVS, & quam ἀθανάσιον ipsae profitentur paraphrases chaldaicae, ONKELOS: *et non ipse, quia non mori fecit eum Dominus.* TARGVM Hieros. *servivit Henoch in veritate coram Domino, & non ipse, quia subtractus est per verbum a conspectu Domini.* JONATHAN: *ascendit in firmamentum, in verbo, coram Jehova & vocatum nomen eius est Metatron, scriba magnus (7).* Vocabulum מֵיִנְנוּ quam scitissime Danicum *war ikke mere til* exprimit, per Germanicum *er war nicht mehr vorhanden vix ac ne vix quidem exprimendum (8).* Voculam hinc
weg,

(7) Criminationes Judaeorum de morte naturali, eaque immatura, hancce explicantium gloriosam *μσταθεσιον*, a quibus ipse non abhorret B. MELECH, per עֵינַן מֵיִתָּת צָרִיק haec explicare haud erubescens, ipse confutat contextus, ex quo argumenta satis apta & stringentia, quibus empactis & obtrectatoribus hisce os obturetur, recensent b. PFEIFER, in *Dub. vex.* pag. 52. ff. TH. HACKSPAN. *Not. phil. theol. ad h. l. P. I.* p. 122. IAC. CAPELLVS *Observ. ad h. l.* pag. 238. sq. aliique.

(8) Voculam מֵיִנְנוּ exinde mortem designare quando nonnulli obiiciunt, quod ex lamentatione hoc appareat Rachelis Ier. XXXI. 15 Matth. II. 18. filiorum lugentis interitum, nihil sane
eos

weg vernacula ad facilitandum sensum addit, ut omni mortalium conspectui ereptum significet, licet id ipsum per nudum *sublationis* vocabulum satis innuatur.

v. 29.

In unserer Mühe und Arbeit.

I vor Møye, och vore Händers Arbejde.

In unserer Mühe und unserer Hände Arbeit.

ממעשנו ומעצבון ידינו. *Manus*, quas reticet vernacula, gravi de causa textus commemorat. Praeter enim quod ex genio linguae *labor manuum* laborem loquatur molestissimum, non obscure significatur, *illis ipsis manibus*, quae de vetita arbore cognitionis boni & mali decerpserant fructus, hoc justissimae poenae loco imponi, ut labore & operatione lassari debeant, uti apprime hoc b. ZEIBICHIVS observat (*). Alexandrini το עצבון metonymice per contristationem expriment, απο των λυπων των χειρων ημων.

F 5

Cap.

ens agere ostendimus in den Beyträgen zum richt. Wortverstand einiger Schriftstellen des N. T. aus der Dänischen Vebersetzung. p. 61 sqq.

(*) In unserer Mühe. Ebr. Unserer Hände, die wir in Adam nach dem Baum ausgestreckt. c. III. 6. in *Bibl. exeg.* ad h. l.

Cap. VI. v. 2.

Und nahmen zu Weibern, welche sie wollten.
 Og roge sig hustruer af alle, som de
 udvalde.

Und nahmen sich Weiber von allen, die sie
 auswähleten.

ויקחו להם נשים מכל אשר כחרו.
 Vernacula negligit voculam כל, ideo ex-
 pressam in textu, ut significetur, nullum
 homines (9) seculi istius in contrahendo ma-
 tri-

(9) Nec angelos fuisse hos בני אלהים, quae
 post JOSEPHVM, PHILONEM, aliosque, pa-
 trum quorundam primitivae ecclesiae erronea
 fuit sententia, nec fuisse creaturas seu substan-
 tias, medius quibus homines inter & angelos
 locus sit adscribendus, quod explicationis por-
 tentum ex impuris sine dubio Cabbalistarum
 fontibus hausit FR. MERC. ab HELMONT, ex
 quibusdam praemeditatis & consideratis cogita-
 tionibus super 4 priora capp. Genes. Amst. 1617.
 in forma, quam octavam nuncupant, editis, ali-
 isque bene multis paradoxologiis satis notus,
 viri eruditionis laude ornatissimi dederunt de-
 monstratum, quorum init numerum vir maxi-
 me rever. & literatissimus, IO. DIET. WINCK-
 LER in *Philologem. Lactant. sacris* pag 24. 29.
 Imo ipsis Judaeorum magistris, quibus de me-
 liori ficta praecordia luto, commenta haec ri-
 sum movent. Ridet ea ABARBANEL,
 & explodit R. ELIESARIS, ut & libri tal-
 mud. *Joma* hisce de spiritibus figmentum:
 ובפרקי ר' אליעזר פירשו בני האלהים
 על המלאכים ושנקראו נפילים
 שנפלו

trimonio profapiae, generis, nullum & con-
sanguinitatis, imo & religionis habuisse re-
spectum, verum prout naturalis appetitus
stimuli suadebant, promiscue duxisse &
sine ullo discrimine faemellas ex Cainita-
rum familia uxores (10), id quod non pote-
rat

שנפלו ממקום קדשתן מן השמים
והזכירו זה גב במסכת יומא אבל
הוא כפי העיון הטוב דבר בלתי
מתקבל בפשט הכתוב כי המלאכים
הרוחניים שהם נבדלי מכל חומר
ואין להם נטיה גשמי ולא אפשרות
חטא ואיך בהיותם שרלים נבדלים
ישנו טבעם וגו'

*In Pirke R. Elieser explicant filios Dei de an-
gelis, qui etiam vocantur Nephilim, quod cecide-
rint e loco sanctitatis suae, e coelo. Idem etiam
commemorant in Mass. Ioma. Attamen quic-
quid illius sit, si probe consideretur, non est ac-
ceptandum in tam simplici textu (stilo historico,
ab omnibus tropis alieno). Angeli enim spiri-
tuales sunt, separati plane ab omni materia,
ita ut ne inclinent ad corpoream essentiam, &
feri nequeat, ut illi peccent. Quare igitur, cum
sint intelligentiae separatae, mutarent naturam
suam &c. in Pentat. fol. 38. 2.*

- (10) Der Verstand, ist, sie folgten nur ihren Lei-
denschaften, und heyratheten sie wegen ihrer
Schönheit, wobey sie weder gegen den guten Rath
ihrer tugendhaften Eltern, noch gegen den Willen
Gottes einige Hochachtung hatten. Vid. Com-
mentar. literalis ex Angl. scriptis compositus, &
sub auspiciis primum b. TELLERI e gallico idio-
mate

rat non justissimam Numinis, per impia haec connubia graviter offensi, concitare vindictam, quemadmodum, si parvis licet componere magna, Isaacum atque Rebecam, parentes pientissimos, graviter afficiebat impium illud & ad augendum paternum moerorem bis repetitum connubium, quod cum gentilitiae nationis mulieribus Esavus inibat. c. XXVI. 34. 35. XXVIII. 8. 9. **רָחַב** *sedulam electionem* prae se fert, non nudum *velle*, quae quidem differunt ut prius & posterius. Illud enim volumus & appetimus, quod appetitui nostro, qualis demum cunque ille sit, convenientissimum invenimus, inventum approbamus, approbatum denique eligimus. LXX recte: *απο πασων ων εξελεξαντο.*

v, 3.

Die Menschen wollen sich meinen Geist nicht mehr strafen lassen, denn sie sind Fleisch.

Min Mand skal ikke trette med Mennesker evindeligen, efter som ogsaa hand er Kød.

Mein Geist soll nicht ewig mit dem Menschen streiten, sintemahlen auch er Fleisch ist.

Νβ

mate translatus in vernaculam ad h. l. quem, ut brevitati studeamus & otiosas verborum evitemus ambages, operis bibl. anglic. titulo post-haec excitare licitum nobis esto.

לֹא יִדְוֶן רִוְחִי בְּאַרְצְכֶם לְעוֹלָם בְּשָׂגֹם
 הוּא בֶּשֶׂר. Et h. l. ordinem textus invertit
 vernacula translatio, subjectum רִוְחִי mutans
 in praedicatum, & v. v. praedicatum בְּאַרְצְכֶם
 in subjectum. Vox יִדְוֶן in primo & naturali
 significatu, imo ex usu scripturae, est *con-*
tendere iudicio (11), quod ex MERCERO ob-
 servat ED. LEIGH in *Crit. s. ad h. l.* Haec
 „vox ex perpetuo & invariato linguae Hebr.
 „usu in Scriptura significat *contendere iudicio*
 „*Uixari*. Significat igitur Deus, se post id
 „temporis vel non acturum suo jure, vel
 „non irritato conatu cum pervicacibus disce-
 „ptaturum, vel quod mihi longe aptius (*),
 „non amplius dilaturum meritum iudicium.
 „Instar eorum, qui apud se incerti de die in
 „diem

(11) Haudquaquam cum r. יִדְוֶן confundenda, quod
 illi faciunt, qui versionem τῶν ὁ h. l. defen-
 dendam, eosque pro יִדְוֶן legisse יִדְוֶן proban-
 dum suscipiunt. Vid. MIEGII *Observ. s. fasc. 4.*
Class. 2. Bibl. Brem. p. 585. sqq. insertae. Frustra
 sane MIEGIVS ab hoc יִדְוֶן nomen Ebr. יִדְוֶן
 1 Par. 21, 27. & Chald. יִדְוֶן Dan. 7, 15. *Vagi-*
nam denotans deducit, quae & SAL. BEN ME-
 LECH in ם ad h. l. & DRVSII in *not. major.*
T. I. supplem. Critic. s. p. 102 est derivatio. Non
 enim a יִדְוֶן sed a rad יִדְוֶן ex Ebr. יִדְוֶן coll.
 §. II. *Literat. Danz.* esse derivandum, ut nomen
 sit ab initio auctum, recte monet cel. HIRT. in
Bibl. anal. parte Chald. p. 243.

(*) Quod vero cum grano salis accipiendum, ne
 sit in gratiam divinam injurium. Vid. annotat.
 133. b. TELLERI ad *Op. bibl. Angl.*

„diem differunt aliquid agere, dum plene
 „tandem statuerint. Sic *Calvinus* probavit
 „& *Vatablus*. Quod certe aptissimum desi-
 „gnandae multae patientiae, quae differt,
 „non aufert impenitentium peccatorum
 „vindiētam. „ Cf. *NOLDIVS* in Annot. &
 Vindic. ad Conc. Part. ann. 993. LXX ver-
 tunt καλαμειν(12), quod & *LYRAE* est a quo
 non

(12) Legisse itaque pro יְרוּן aut יְרוּן putantur, aut
 יְרוּן, nam voci יְרוּן olim *permanendi* fuisse si-
 gnificatum, quod post *FVLLERVM* coniectat
CLERICVS, haudquaquam probari poterit. יְרוּן
 LXX animo voluisse suo, ideo *AMAMA* ad h. l.
 dubitat, quod Grammatica postularet יְרוּן. At
 vero *BEN MELECH* in ם analogice quidem
 ad form. ם enunciandum fuisse יְרוּן, obser-
 vat, sed vices ם Dagesch gerere h. l. vocalem
 longam (״), sicut *Gen. XXV. 9.* ubi in verbo יְרוּן
 vocalis longa sit loco ם Dagesch. Aliis יְרוּן ob
 oculos in codice suo habuisse videntur Graeci
 interpretes, diu permanebit, quod ideo perpla-
 cet *CLERICO*, quia ex ejus quidem sententia
 vox יְרוּן non spiritum Dei, sed spiritum a Deo
 hominibus concessum, i. e. vitam loquitur, quod
 ἀτοπον esse satis superque a viris doctis mon-
 stratur. Anima hominis nusquam in SS. voca-
 tur spiritus Dei, & facilis sane est ad loca *Psal. CIV. 25 30*
 & *Iob. XXVII. 3.* a *CLERICO* pro
 hoc significatu excitata, responsio. Emisit, ut
 hoc unum moneam, omnino in creatione primi
 hominis Deus spiritum suum, sufflando in nares
 hominis halitum vitarum; quis vero ideo ani-
 mam

non multum abludit ONKELOS, cujus est
 יתקיים non durabit, qui vero רוחי sub-
 stituit דרין דר אֲבֵנֵי גֵזֶרֶת generatio mala haec
 non durabit in aeternum (13). Vocem
 אֲבֵנֵי adhiberi pro אֲבֵנֵי דַּנִּיעַ, Danice
 scite expressum per εστέρσον ογσαα, sintes
 mahlen auch, S. BEN MELECH docet ad h.
 l. Et frustra sane b. NOLDIVS, *Conc. partic.*
p. 201. coll. ann. 1010. h. l. confert אֲבֵנֵי cum
 Graecorum vai, reddens illud per certe, pro-
 fecto. Nam, quod optime in subjecta ani-
 madversione monet erudit. TYMPIVS, est
 ubivis nota augmenti, alii cuidam rei, sive in
 praecedentibus aut sequentibus memoratae, ad-
 jecti, adeoque comma hoc nostrum ita περι-
 φραζει: "propterea quod etiam ipse (homo)
 caro,

nam humanam spiritum Dei seu ejus quandam
 particulam crederet? Equidem dixerim, nec
 יתקיים nec רוחי sed ילון vidisse in textu oculo-
 rum errore interpretes hosce, quorum legit
 vestigia vetus versio lat. Nihil sane facilius e-
 venire potuit, quam commutatio erronea אֲבֵנֵי
 cum אֲבֵנֵי, apiculo literae אֲ fortasse nonnihil e-
 minente, quod idem suspicari video b. PFEIF-
 FERVM in *Dub. vex. p. 62.*

(13) Vnde pessime CLERICVS colligit, per רוחי
 Chaldaeam animam peccato corruptam malam-
 que intellexisse. A textus enim simplicitate
 non nunquam recedere hunc paraphrasten, mo-
 nuit summe rever. CARPZOV. in *Crit. s. v. T.*
P. II. p. 455.

„caro, i. e. carnalis factus est, seu carnis
 „impetum sequitur, abjecta & proculcata
 „omni ratione, potiore sui parte, & spiri-
 „tus mei ductu, vitam ut caetera animan-
 „tia agens.“ Commentatur in hunc sen-

sum BEN MELECH: לפי שגם הוא

בשר כמו הזקמות שאף על פי שיש
 בו רוח עליונה והבשר מושך הרוח אל

תאוותיו *Propterea quod ipse (homo) caro est*

sicut animantia: quod, quamvis insit ei spi-

ritus excelsus, tamen caro protrahat

spiritum ad cupiditates

ejus.



MAN-

Cap. XVIII. v. 22.

potentia nihil est superius.

**MANTISA
STRICTVRARVM IN THESAV-
RVM PHRASEOLOGIAE EBRAICAE
BIBLICAE**

Viri clarissimi & doctissimi,

וְיָדוּעַ אֵלֶּיךָ

GOTTL. FRID. GVDII,

quod ad libr. Genes.

attinet,

SPÉCIMEN CONTINVTVM

exhibens.

Misc. Lub. Vol. II.



Cap. XVIII. v. 22.

לא יפלא מיהוה דבר Dei omni-
potentia nihil est superius.

Ἐπικρισις. In hunc sensum LXX: μη ἀδυνατώσει παρα τῷ Θεῷ ῥήμα. Sed alii cum Chaldaeo, cujus est היתבסי *num occultabitur?* et ABENESRA *omniscientiam* Dei h. l. cogitant. Si dicendum, quod res est, nec praecise omnipotentiam, nec omniscientiam speciatim, sed conjunctim sumpta haec attributa divina textus loquitur. פלא omne illud est, quicquid usquam captum excedit nostrum, *mirabile* quodcunque. Sensus igitur hic erit: Nihil tam est mirabile captumque superat humanum, quod a Deo & omnipotente & omniscio perfici non queat, coll. Jer. XXXII. 17. 27. Audiamus b. IO. GERHARDVM: „An a Domino abscondetur quicquam? Potest tum ad omniscientiam, tum ad omnipotentiam Dei referri. פלא enim est mirabile, occultum, a cognitione vel vi efficiendi remotum. Si ad omniscientiam Dei refertur, sensus est, num occultum aliquid a Deo erit? Chald. an mihi ignotus sit Saræ risus? Si ad omnipotentiam Dei refertur, sensus est: Numquid mirificabitur a Deo res ulla? num mirabile erit praeter Jehovah verbum, id est, an quicquam erit tam difficile, ac mirabile, „quod

„ quod Dominus non possit efficere, vel num
 „ aliquid tam mirabile & excellens erit Dei
 „ verbum, quod ab ipso non possit expleri?
 „ *in comment. ad h. l. p. 377.*

CAP. XIX. v. 4.

אֲנָשֵׁי הָעִיר מִנְעַר וְעַד־זֶקֶן Incolæ ur-
 bis ad unum omnes.

Επιαρχ. Competit hæc versio potiori jure
 mox insequentibus : כל־העם מקצה, quam
 huic locutioni, quæ incolas non ad unum
 omnes, sed *cujuscunque ætatis* designat.
 Omnis vero populus ab extremitate, scil. qua-
 cunque urbis Sodomiticæ, *incolas urbis ad*
unum omnes indigitat. Digna sunt Philologi
 Groningani eruditissimi, jamjam a nobis
 laudati ad h. l. egregie observata, quæ hic
 legantur : “ Verba illa כל העם מקצה
 „ proprie notant : *omnis populus ab extremo,*
 „ hoc ex Arabismo tantundem est, ac *popu-*
 „ *lus ad unum omnes* - - - Ne autem dubites
 „ interpretationi huic nostræ, quam ex Ara-
 „ bismo eruimus, manus dare, sistam tibi
 „ egregium locum ex sacro codice, ubi מקצה
 „ *ab extremo* evidentissime ita sumitur. Is
 „ est Esa 56, 11. כָּל־לְרוֹכְבָם פָּנּוּ אִישׁ לְמַדְבָּרוֹ
 „ *Omnes illi ad vias suas de-*
 „ *clinant, quisque ad lucrum suum, ab extrema*
 „ *eorum* - - - *ad unum omnes*, qui locus pro-
 „ pius aliquanto etiam ad Arabismum no-
 „ strum

„strum accedit, quod pronomen in fine ad-
ditum sit, quod a loco Geneseos abest.“

ALB. SCHULTENS *Animadv. philol. & crit.*
ad varia loca V. T. p. 9. 11.

v. 13.

יהוה צעקתם את-פני יהוה
rumor de iis pervenit ad Deum.

Ἐπιμαρ. Suffixum enim, nomini צעקה ap-
positum, passive seu objective ex §. L. *In-*
terpr. DANZ. memb. V. p. 102. explicandum
erit, quod hisce monet verbis BEN ME-
LECH ad h. l. צעקת העשוקים הצועקים
עליהם כי הכנוי יבא אם הפועל ועם
הפעול כמו ושמחתים בבית תפלת עם
הפעול שמעתי את תפלהך עם הפועל
Intelligitur per צעקתם *clamor oppressorum*
clamitantium super eos (oppressores): namque
suffixum & agens afficit, & patiens subiectum.
Esa. LVI. 7. patientis est: & exhilarabo eos in
domo orationis meae (i. e. ubi oratio ad me di-
rigitur); *agentis Esa. XXXVIII. 5. Exaudi vi*
orationem tuam (quam tu ad me fudisti.)
Recte igitur צעקתם b. auctor *rumorem*
non eorum, sed de iis transtulit, commune
quod alioquin est versionum παραρραμα, vo-
cem hanc ita exhibentium, ac si clamitave-
rint Sodomitæ, cum tamen a Sodomitis op-
pressi & exagitati seu peccata commissa cla-
mita-

mitaverint, rumoreque de Sodomitis opprimentibus & flagitiose delinquentibus ad Deum pertulerint. Sane non caute satis LVTH. ihr Geschrey, et Belgæ: *baer Geroep*, circumspectius autem anglica versio interpretatur: *the cry of them is waxen great before the face of the LORD, clamor, s. vociferatio de iis s. super eos increbuit coram facie Domini.*

CAP. XXIII. v. 8.

וְאִם אֵת נַפְשְׁכֶם Si vere vobiscum constituiistis. Wosern ihr den festen Schluß gefasset, wosern es euch ein rechter Ernst ist.

Επιχερ. Mallem cum Arab. & Syr. *Si vobis placuerit*, et ONK. *Si est beneplacitum in anima vestra.* Synonymam huic phrasin videre est Deut. XXI. 14. ubi Judæo, qui captivam compresserit, mandatur: *שלחת לנפשה* quam locutionem ipse b. GVDIVS p. 41. rectissime h. m. *περιφραζει*: *Dimittes eam, ut quemcunque in locum tendere ipsi placuerit, abeat.* DAVID Deum exorans: *אל צרי בתנני בנפש צרי* Ps. XXVII. 12. hoc vult, ut ne *arbitrio* inimicorum & effreni libidini traderetur, *pro lubitu suo* eum oppressurorum. Ps. CV. 22. Pharao dicitur Josephum domui præfecisse suæ, *לאסר שריו* ad ligandum principes suos, i. e. pro arbitrio suo

fuo mandatis suis quasi vinculis eos obstrin-
gendos, uti egregie h. I. GEIERVS בנפשו
in seu *ad animam suam* i. e. pro lubitu suo,
ברצונו *pro beneplacito suo*, qua quidem voce
B.M. in מ"י & in hoc Psalmi & nostro in loco
exponit phrasin hebraicam,

v. 16.

כסף עבר לסחר. Moneta usualis. Eine
gänge und gebe Münze, die im Handel und
Wandel gehet.

Ἐπιμαρ. Mallem; Eine vollwichtige Münze,
δοκιμος ἐμποροῖς, ut LXX verterunt, probata
mercatoribus, iustum habens pondus, ade-
oque pretium, quamvis eodem fere sensus
redeat. Quoniam etenim medio *probare* so-
lebant mercatores constitutum argenti pre-
tium, ut ad se *transire* posset? certe ponde-
re appenso explorabant, quod ipsum textus
loquitur. Si igitur appenso pondere δοκιμος
inventata fuisset moneta, seu argenti usualis
particula, tum erat עבר לסחר, *transibat*
ad mercatorem vel eumentem vel vendentem,
uti ad h. I. B. MELECH: אמר כן על דרך
ההשאלה לפי שהכסף פעמים לוקח
אותו הסוחר ופעמים נותן אותו כאלו
הוא עובר ושב תמיד ליד הסוחר ר"ל
כסף מלא במשקלו כמו שנושאי ונותני
בו הסוחר כי הם מרקדקים במשקל
Secundum commodati dationem hæc dicuntur
(seu

(seu ex re mercatoria ubi venditur & emittitur, hoc exponendum erit) propterea quod mox sumat, mox eroget argentum mercator, ac si transiret (illud) rediretque in manum mercatoris. Subinnuit igitur scriptura argentum pondere suo justum, sicuti accipiunt solvuntque illud mercatores, namque illi disquirunt de pondere, (antequam vel accipiant, vel exsolvant argentum).

v. 17.

Cesfit ager
Abrahamo, Abraham bekam den Acker
eigenthümlich.

Επιταρ. Antequam cesserit ager Abrahamo, stabilitam esse ratamque habitam hanc fuisse emtionem, sine dubio το ρκ docet: Der Handel wegen des Ackers war bündig. Danica versio optime:

Saa blev - ageren - kam stadfæst.

So wurde : der Acker : ihm bestätigt.

M. I. בירו ונתקיים עמר constitit & stabilitus est in manu ejus.

CAP. XXIV. v. 8.

אלהי אדני הקרה נא לפני היום
O Deus, exaudi me hodie. Res meas
faustas, & felices jubeas esse.

G 4

Επιταρ.

Επιμν. Hanc omnino mentem seruo Abrahami fuisse, & hoc precum, quas ad Deum in tota hac oratione fundebat, fuisse argumentum, quis dubitaret? sed anne in hac precum formula: *occurrere fac quæso coram me hodie*, ellipsis quædam lateat, merito inquiritor. Reticetur sane hisce quidem verbis, sed in sequentibus exponitur, *quidnam sibi occurrere optaverit Elieser? nimirum domini sui sponsam.* Reticet Jacobus, Cap. XXVII. 20. inquiens: כִּי הִקְרָה יְהוָה לִּי אֵלֶיךָ לְפָנַי quid sibi occurrere fecerit Deus: Συναφεια autem contextus docet, *feram*, fuisse, & docet hæc eadem nostro in loco, *sponsam* esse futuram Isaaci, quam ut occurreret sibi precibus a Deo exigebat Abrahami servus. Transferenda igitur hæc verba, si non fusque deque literam textus habebis, hunc in modum: *O Deus, domine mi, occurrere mihi fac hodie personam illam, quam quaero, quod apte satis CLERICVS supplet.* JONATH. *Præpara mulierem aptam coram me.* Belgæ optime: *Doot (se) my dog heden ontmoeten.*

CAP. XXV. 8.

נִאֲסָף אֶל-עַמּוֹ. Phrasis piorum mortem describens.

Επιμν. Quod de phrasi præcedente ויגוע contendunt Judæorum quidam, e. g. R. SALO.

SALOMON: לֹא נִחְמָרָהּ גִּוְיָעָה אֱלֹהִים
 בְּצַדִּיקִים *non usurpari efflationem (animæ)*
nisi de justis, idem et de *collectione ad populum*
 b. auctor contendit. Sed vereor, ut utrum-
 que firmo stet talo. Ii. sane, qui diluvio
 perierunt, justis non erunt accensendi, &
 de hisce tamen Cap. VII. 21. dicitur: וַיִּגְוֶעַ
 כָּל-בֶּשֶׂר וְכָל הָאָרֶץ. Quo jure Ismael
 justis & sanctis adnumerandus sit, sacra
 scriptura æque minus, atque hoc docet,
 quod resipuerit. Quod vero Rabbiorum
 quidam conversionem ejus ex v. 17. hujus
 Cap. comprobare aufint, ubi de eo, quem-
 admodum de Abrahamo, *collectum esse ad*
populos suos, narratur, in eo egregie fallun-
 tur. Vt paucis mentem exponamus nostram,
 de piorum æque ac impiorum morte hanc-
 ce usurpari posse locutionem, nobis persua-
 demus. *Collectio ad populum* non ad corpus
 terra absorbendum, sed animam spectat,
 societati animarum, in uno eodemque cum
 anima, corpus deferente, viventium statu,
 adjungendam. Animas autem & impio-
 rum, societati damnatorum infelicissimæ
 junctas, & piorum, cælitum immixtas cho-
 ris & choreis, æternum vivere, demonstra-
 tione, uti quidem opinor, haudquaquam
 indiget. Unaquæque sane earum cætui
 suo additur.

CAP. XXVI. v. 10.

כמעט שכב Parum abfuiſſet, quin cum illa concubuiſſet.

Επιτηρ. Ita vero addendum in textu additum אותה.

v. 30.

תהיין מרת רוח ליצחק Isaaco prorsus adversæ erant, Sie waren dem Isaac in der Seelen zuwieder.

Επιτηρ. Non v. 30. sed 35 hic proſtat idiomus, *animi acerbitatem* seu dolorem internum & angorem occultum pandens, ad quem intimius significandum ſingulari quadam emphasi ך in מרה τω Dagesch notatum Prov. XIV. 10. legimus, vel ipso pronunciationis ſono profundam animæ amaritiam magis exacerbante, veluti idem indignationis intimæ, & quidem zelotypiæ affectus per ך & repetitum sæpiuscule & τω Dagesch exasperatum 1 Sam. I. 6. hiſce ἐμφασις αὐαῶν αἰσῖς exprimitur: וכעסתה צרתה: גם-כעס בעבור הַרְעָמָה τω ך impressum affectuosum nuncupat *emphaticum* vir cl. GE. PET. ZENKEL in *comment. Grammat. Ebr. ling.* opere fane laboriosissimo & eruditissimo p. 165. f. itemque p. 170. ff. conf. BVXTORFII *Theſ. gramm. p. m.* 20, & præstantissimum b. GEIERI in *Prov. Salom.*

Salom. comment. ad Cap. XIV. 10. p. m. 694.
 „qui amaritiam animæ tristitiam dicit inter-
 „nam vel profundam, quæ insigniter mo-
 „lesta est animo, eumque perturbat, sicut
 „sapor amarus molestus est palato, nec non,
 „internos animi angores ex causa sive vi-
 „tam temporalem sive spiritualem concer-
 „nente, oriundos, quos instar occulti ulce-
 „ris homo non reteggit, aut instar infantis
 „non congrue satis efferre novit.“ Conf.
 denique loca hunc animi moerorem sum-
 mum illustrantia 1. Sam. XXII. 2. 2 Reg. IV.
 27. Esa XXXVIII. 15. Ezech. XXXVII. 31.
 Prov. XXXI. 6. & Cohel. VII. 26.

CAP. XXVII. v. 11.

שער איש Vir capillatus.

Επιμαρ. Minime. Jacobus, quamvis esset
 חלק איש glaber, erat lamien sine dubio
 capillatus, & capillati omnes sunt, quibus
 etiam pili defunt Esavi. Sed pilosum i. e.
 non capite tantum sed toto corpore unde-
 quaque oblitum pilis Esavum fuisse hirsu-
 tum atque villosum, hocce שער איש in-
 digitat, quod ipsum historia sacra docet in
 seqq. huj. Cap. & Cap. XXV. 25. Exiit pri-
 mus - instar pallii villosi LXX. וסעי דוגא
 דאסוס in morem pellis hispidus.

v. 44.

v. 44.

תִּפְּלוֹתֶיךָ Defflagrabit ira cf. v. 45. (תִּפְּלוֹתֶיךָ)

Ἐπιση. Sequentē ἄνθρωπον & persona vel re odio habita.

CAP. XXXI. v. 7.

לֹא-נָתַן אֱלֹהִים Non permisit Deus.

Ἐπιση. Ἐπιση. לֹא נָתַן אֱלֹהִים ita enunciandum venit. נתן לוי autem dicitur pro *permisit illi*. Iud. I. 34. XV. 1. I Sam. XVIII Cap. vero XXIII. 14. ἵ est quarti casus, *non tradidit eum Deus in manus tuas.*

v. 24.

הִשְׁמַר לְךָ פִּי-תִּדְבַר עִם-יַעֲקֹב מִטּוֹב
עַד-רָע Cave tibi, ut iacobo iracundis
verbis petas: conf. v. 29.

Ἐπιση. Leg. *Jacobum*. At vero nihil quicquam, nec boni, nec mali, iacobo dicere Laban jubetur.

v. 27.

נִחַכְתָּ לְכַרְח Occulte fugam molitus es.

Ἐπιση. Non molitus es, sed adornasti, seu fugisti.

CAP. XXXVI.

Ἐπιση. Caput XXXVI. præteritum est. Legendum XXXVII. ex quo capite idiotismi sequentes observantur.

V. II.

v. 11.

אתהדבר Pater ejus hanc
rem volvebat, et revolvebat.

Επιγρα. „Custodire simpliciter hic ponitur
„pro memoria custodire, διατηρειν εν τη καρδια.
„Luc. II. 51. quod ex Danielis phrasi בטר בלב
„expressum est. Cap. 7, 28. ALB. SCHVL-
TENS animad. ad h. l. p. 18.

CAP. XXXVIII. v. 23.

תקח־לה Habeat sibi.

Επιγρα. Acceptum retineat. coll. §. 67. Int.
DANZ. p. 135. seu §. 181. p. ult. M. I. h. m.
παραφραζει: העכבם לעצמה ואל תחזור
Commorari faciat
eos secum, i. e. retinebit eam, & ne redeas
amplius post eam, (ne iterum adeas eam) ad
eas res (repetendas).

v. eod.

לא נהיה לבות Nobis quidem vitio verti
inequit.

Επιγρα. Haudquaquam verba hæcce illum
fundunt sensum, sed hunc potius: Non eri-
mus contemptui, Man kan unser nicht spotten.
Vitio omnino verti poterat Judæ, quod
cum scorto rem habuisset, sed id curabat,
ne quis rescisceret, adeoque dedecus ex hoc
facinore in se redundans amoliretur, jacturam
potius pignoris dati quam famæ tolerans.

CAP.

CAP. XXXIX. v. 2.

איש מצליח Vir, cui omnia prospere
eveniunt, filius albæ gallinæ.

Επιγρα. Ad מצליח subintell. דרכו. Esa.
XLVIII. 15. Deut. XXVIII. 29. Ps. XXXVII.
7. Jos. I. 8. De Deo dicitur, vias actiones-
que hominum prosperas esse jubente, Gen.
XXIV. 40. 42. Capite nostro XXXIX. v. 23.
hoc ita effertur: אשר הוּא עשה יהוה
מצליח Ex nutu divino feliciter omnia ei cede-
bant, Deus res ejus omnes secundabat.

v. 6.

ל-ת-דע אתו מאומה Arbitrio ejus re-
linquebat omnia. Er bekümmerte sich
mit ihm um nichts.

Επιγρα. Hæc quidem versio in antecedentia
quadrat: עֹזב כֹּל אֲשֶׁר לוֹ בְיָדוֹ. *Cogno-
scere autem quicquam aut nihil cum aliquo, est
communem cum aliquo rei cujusdam aut
nullius curam habere.* “Hæc genuina hu-
jus loci interpretatio omnino esse videtur:
quod scilicet herus Josephi nullius rei cu-
ram habuerit, sed omnia Josepho ut fide-
liministro commendaverit, quia omnia accu-
ratisime curavit, atque providit. P. FAGI-
VS ad ONKEL. in h. l.

CAP. XL. v. 7.

פנים רעים Tristes vultus,

Επιγρα.

Ἐπιμρ. Frons animi index, & non tam vultus conditionem, quam animi moerorem hac dictione indigitari, vel ex Neh. II 2. apparet, qui locus præsentem insigniter illustrat. Epexegeſis enim τῷ פנים רעים *quare tibi est vultus tristis?* hæcce additur: *Cum non sis ægrotus, nihil hoc est, nisi tristitia cordis.*

v. 13.

נשן רשן Extulit eum.

Ἐπιμρ. Recensuit eum, ex hæc ihn genustert, seinen Namen herlesen lassen. Hanc phrasi Ebr. vim esse ex Num. I. 2. 49. Exod. XXX. 12. dilucide apparet. *Vers. Dan. Om tre Dage skal Pharao oplæse dit naun. conf. CLERICVS ad h. l.*

CAP. XLI. v. 16.

בלערי Non meum est.

Ἐπιμρ. Iste ut plurimum huic dictioni tribuitur significatus, *non meum, non penes me est, sed, quantum quidem suspicor, ab indole atque natura ejus plane alienus. Est enim בלערי (*) in universo codice s. sine me, præter me, & non sane video, quare*
h. l.

(*) Status constructus a בלערי, composito ex בל & ער. Proprie est *præteritio alicujus.*

h. l. hæc migranda nobis notio fit, quæ in ipso hoc capite, v. nimirum 44. obtinet: בלעריך *sine te* non attollet quisquam manum suam. Dicit ad Pharaonem Josephus: *Sine me* Deus Pharaoni bonum respondebit. Quid hac quidem oratione planius? Additur, quod fateor, τῶ בלערי Athnachus, ut indicet affectum, quo ad hoc verbum substituerit aliquantulum Josephus attonitus, quod Rex *Dei* nullam faciat mentionem. Omnem igitur a se honoris speciem remoturus, vindicaturusque Deo summo, pergit vir religiosissimus: (Præter me) *sine* omni meo concursu Deus tibi bonum respondebit. Ita Danus: *mig foruden skal Gud suare Pharao god.*

CAP. XLI. v. 40.

על פיך ישק עמי Mandatis tuis promissime morem geret populus meus. Ab ore tuo pendeat populus meus. Mein Volk soll sich nach deinem Wort richten.

Ἐπιπρ. Ita vero פשי non a פשו osculatus est deducendum est, quod verbum accusativus aut ה excipere solet, nunquam ה. Ex conjectura potius LVDOVICI de DIEV thema constituendum erit פפשו, ut sit פשי tertia fut. Niphal, & versio h. m. procedat: *secundum os tuum procurabituro totus populus.* Ipsum audiat eruditissimum de DIEV benevolus

volus lector & iudicet: "Dubitandum - -
 „merito videtur, an principes soleant plebe-
 „jos ad oris osculum admittere. - - Hodie
 „certe in Oriente plebs admittitur solum ad
 „strati osculum, cui princeps infidet, vel in
 „quo thronus est collocatus. Honoratiores
 „ad osculum fimbriæ regiae vestis: quos au-
 „tem summo honore dignatur, ut aliorum
 „legatos principum, ad osculum manus, ne-
 „mo ad osculum oris admittitur. Deinde &
 „hoc scrupulum movet, quod verbum **נשק**
 „semper construitur cum **ל** aut cum Accu-
 „sativo, nunquam alibi cum **ע**. - - Per-
 „pendant viri eruditi, an **נשק** non possit
 „haberi pro fut. Niph'al a **שקק** hac illac dis-
 „currere, discursitare, negotiorum curando-
 „rum causa. Vnde est nomen **שקמ** curatio,
 „procuratio Gen. 15. 2. - - Quidni & ita h.l.
 „dixerit Phara'o Josepho: *Tu eris super do-*
 „*num meam & secundum os tuum procurabitur*
 „*totus populus meus.* in animadv. ad h.l. pag.
 20. 21.

CAP. XLIII. v. 7.

הגידו לו על-פיה דברים האלה Recen-
 suimus ipsi rem, ut se habuit.

Επικρ. Pro הגידו & נגד **נשק** *pro* על-פיה דברים
 leg. *על-פי הדברים* *Ad os verborum* horum,
 i.e. So wie er uns gefraget, haben wir ihm geant-
 wortet. Dan. *Da kundgiorde vi ham, efter som*
hand adspurde. LXX. ἀπηγγειλαμεν αὐτῷ κατὰ
 τὴν ἐπερωτησιν ταύτην.

H

v. 27.

Misc. Lub. Vol. II.

v. 27.

שאל להם שלום Bene precatus est iis.

Er hat ihnen alles gute angewünscht, sie freundlich begrüßet.

Επιμαρ. An bene valeant, ex iis quæsit. Er hat sich nach ihrem Wohlbefinden erkundiget.

v. 30.

נכמרו רחמיו אל אחיו Maximo gaudio afficiebatur fratrem videndi.

Επιμαρ. Intimo erga fratrem affectu movebatur. I Reg. III. 26.

CAP. XLIV. v. 29.

הורדתם את שיכתי ברעה שאלה Acceleratis mortem meam. Ihr kränket mich bis in die Grube.

Επιμαρ. Notio decrepitæ senectutis præteritur

CAP. XLVI. v. 29.

נסר מרכבתו Currui suo equos jungere. Anspannen.

Επιμαρ. Integra phrasis exhibetur I Sam. VI. 7.

נסרתם את הפרות בעגלה.

CAP. XLVII. v. 12.

לפי הטף, usque ad infantes,

Επιμαρ. Secundum os parvulorum. „Hebraismus est, quasi dicat, pro ratione parvulorum, secundum numerum eorum, juxta numerum familiarum præbuit eis cibos. FAG. ad ONK. in h.l.

CAP. XLVIII. v. 10.

ענים כבדו Oculi hebescunt.

Επιμαρ. מזקן in textu additur: præ senectute, ob senectutem. כבדו si de oculis dicitur, de senectute sermo est.

T A N T V M.



IV

IV.

M. IOACH. HENR. OSTERMEIER

V. D. M. in Eccl. Travemund.

DISSERTATIO

DE

VOCE FILII DEI TERRAM

IN LEGISLATIONE SINAITICA

CONCVTIENTE

AD HEBR. XII, 26.

H 2



CONSPECTVS.

- §. I. *Propositum indicatur.*
 §. II. *Scopus & Argumentum Cap. XII. Epistolae ad Hebraeos proponitur.*
 §. III. *Transitus fit ad v. 25.*
 §. IV. *Per τὸν λαλῶντα, Loquentem, Christum intelligendum esse, probatur.*
 §. V. *Sententia Grotiana & Peirciana, quae ὁ λαλῶν Pater esse putatur, refellitur.*
 §. VI. *Mosen esse τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα & Christum τὸν ἀπ' οὐρανῶν, ostenditur.*
 §. VII. *Apostolum verbis, cuius vox tunc terram concussit, promulgationem legis Sinaiticae Filio Dei tribuere, docetur.*
 §. VIII. *Idem aliunde probatur.*
 §. IX. *Verba Stephani Act. VII. 35. a recentioribus strophis vindicantur.*

§. I.

Cum sic habeam, non eum modo apud aequos & eruditos lectores gratiam inire, qui veram sententiam primus profert, sed et, qui ab aliis prolatam uberius confirmare & ornare, quaeque dubia & controversa videri poterant, expedire studet; animum induxi exponere, divum Paulum verbis: *Ὁ ἢ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, cuius vox tunc concussit terram, Hebr. XII. 26.* promulgationem legis in monte Sinai ad Filium Dei deferre, quod multis doctissimis interpretibus

bus

bus placuit (1). Manifestum vero & in medio positum est, de sententia Apostoli nobis nihil certi constare, nisi connexionem, qua hæc verba cum præcedente commate vigesimo quinto cohaerent, consideremus, & ea re in illa diligenter examinanda & evolventa nostra primo versabitur opera, quam explicatio dicti excipiet. E quibus perspicuum erit, non levibus præfidiis illorum interpretum muniri sententiam, qui existimant in hoc loco Filio Dei legislationem tribui.

(1) E magno interpretum numero, qui in nostram sententiam eunt, laudamus IO. CHRYSOSTOMVM cit. DAN. HEINSIO in Aristarcho S. Cap. II. p. 853. ÆGID. HVNNIVM Comment. in Ep. ad Hebr. Opp. Tom. IV. p. 945. FRID. BALDVINVM Comm. in Epistolas Paulinas p. m. 1644. IOH. GERHARDVM Comm. in Ep. ad Hebr. p. 467. SEB. SCHMIDIUM Comm. in Ep. ad Hebr. p. 1368. IOH. COCCEIVM Explic. Ep. ad Hebr. Tom. V. Opp. p. m. 629. IOH. BRAVNIVM Comment. in Epist. ad Hebr. p. 899. SAM. SZATTMAR NEMETHVM Explic. Epist. ad Hebr. p. 595.

§. II.

Non alienum est ab instituto nostro ad summam observare, id inprimis in toto capite duodecimo spectare Apostolum, ut Hebraeos ad constantiam & perseverantiam in fide Evangelii Christi excitet, illisque inculcet, ne a professione Christi desciscentes

H 3

ad

ad judaicam pravitatem redirent. Quamobrem eosdem pondere afflictionum & insultibus popularium incredulorum pressos a v. 1 ad v. 13. ad cursum & luctam spiritualem, ad patientiam in adversis & tolerantiam divinae castigationis adhortatus erat. Huic quoque fini tota oratio apposite convenit, qua Apostolus a v. 14 ad v. 17. Hebraeos ad varia officia impellit, & a quibusdam vitiis tum temporis apud ipsos vigentibus avocat. Cum enim Hebraeis v. 14. praecipit, ut pacem cum omnibus (quantum scilicet sine detrimento veritatis fieri poterat) consecutentur, non modo eos admonet, ut fideles & infideles haud infucato amore prosequantur, ac suaviter & tranquille cum omnibus vivant Rom. XII. 18: sed quoque propterea studium pacis cum omnibus colendae iisdem commendat, quia hoc tempore interdum Judaei ad Christum conversi communi quodam gentis vitio animos ad superbiam & contemptum aliarum gentium extollere, seque gentilibus, qui Christi instituta sequebantur, praeferre solebant. Magnifice ea re de sua natione sentiebant, quod Judaei & splendido populi Dei nomine in Sacra Scriptura nuncuparentur, & foedere Summo Numini juncti essent. Praeterea oeconomia legali intergerino velut pariete Israëlitas inter & gentes constituto, alienigenae a republica & privilegiis Israelis arcebantur. Edixerat olim
Deus

Deus, ne Israëlitae cum septem populis, pristinis Canaanis incolis, foedera pangerent
 Exod. XXXIV. 12-16. Deut. VII. 1-6. Imperatum quidem Judaeis erat, peregrinos sacris eorum initiatos Ecclesiae adscribere
 Exod. XII. 48. Lev. XII. 18. Num. IX. 14, verum hosce Profelytos pharisaico fastu turgidi parvi prae Abrahami posteris ducebant. Multis Judaeis sub initiis praeconii evangelici elementis doctrinae Christi imbutis vix verisimile fiebat, oeconomiam legalem tempore Novi Testamenti, quo doctrina salutis inter gentes propaganda erat, sublatam esse, nec se amplius legis ritualis decretis alligari. Hinc coeco legis mosaicae amore exardescentes saepius Christianos obturbabant, qui ex aliis gentibus Evangelio fidem habebant, eosdemque ad observationem circumcisionis & rituum legalium adigere tentabant, quod e Cap. XV. Act. & Epistola ad Galatas accipimus. Quapropter Apostolus Hebraeos ad studium pacis cum omnibus & popularibus & alienigenis in Christum credentibus opportune cohortatur. Hoc enim modo finceros se Ecclesiae Christi cives profitebantur, *qui intergerini parietis septum, id est, inimicitias dissolvit carne sua, lege illa praeceptorum, quae in ritibus posita est, evanescere facta* Ephes. II. 14. 15, ut nullum jam discrimen ab externis rebus ductum restaret, sed credentes ad unum omnes, non habita ratione diversitatis
 H 4 gentis,

gentis, status & sexus, ad unum corpus spirituale, cujus caput Christus est, pertineant, ac communi filiorum Dei jure fruantur Gal. III. 28. Quominus assidua opera in pace cum omnibus colenda adhiberetur, affectatum praecipue studium legalis sanctitatis & evitandae pollutionis impediabat Act. XV. Hebr. XIII. 9, proinde Apostolus Hebraeis in eodem commate suavor est, ut neglecto supervacaneo Leviticae & umbratilis sanctitatis studio veram *sanctificationem sectentur, sine qua nemo visurus sit Dominum.* Significatio autem τῆς ἁγιασμῶς *sanctificationis* hoc loco tam late patet, ut ullibi in tota hac Epistola. vid. Hebr. II. 11. Cap. X. 10. 14. coll. Ephes. V. 26. & regenerationem, justificationem ac renovationem complectitur (1). Hominibus, qui Christo nomina dederunt, inprimis dignum est, non modo suae, sed proximi etiam salutem invigilare, propterea Apostolus Hebraeos v. 15. admonet, ut omnem operam ad curam fidei & salutis proximi conferant, quibus exhortationem ad fugam scortationis & profanitatis, seu contemptus rerum divinarum & coelestium v. 16 & 17 subjungit.

(1) Vid. SEB. SCHMIDII Comm. in Ep. ad Hebr. p. 1347. & IOH. COCCEII Eplicat. ej. Epist. Tom. V. Opp. p. m. 623.

§. III.

Vt Apostolus Hebraeos eo efficacius ad recte fungendum omni officio in sinceros Ecclesiae Christi cives conveniente permoveret, magnitudinem gratiae Novi Testamenti cum illis per Evangelium communicatae eorum animis scita & magna oratione v. 18-24. subjicit, qua oeconomia mosaica cum evangelica comparatur, & simul posteriorem priori multum praefendam esse, ostenditur. Illustri huic comparationi oeconomiae legalis & evangelicae gravis admonitio de vitando profano Evangelii contemptu subnectitur, quae v. 25. his verbis continetur: Βλέπετε μὴ παραιήσεσθε τὸν λαλῶντα. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποσρεφόμενοι. *Videte ne recusatis eum, qui loquitur. Nam si illi non effugerunt, qui recusarunt divinitus loquentem in terra, multo magis nos eum, qui de coelis, aversantes.* Haec quidem verba accurate dispicienda erunt, cum sua luce radiet, sine vera hujus commatis interpretatione intelligentiam effati apostolici, οὐ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλειψε τότε, haberi non posse. Constat hoc comma duobus membris α) admonitionis propositione, β) ejusdem confirmatione. Propositionem haec verba complectuntur: Βλέπετε μὴ παραιτήσεσθε τὸν λαλῶντα, *videte, ne recusatis eum, qui loquitur.* Jam illud satis
 Ης aper.

apertum est, verbum *παραίεισθαι* hoc loco non *deprecandi*, ut v. 19. praecedente, sed *aversandi*, *repudiandi* & *contemnendi* significatione gaudere, quae etiam I Tim. IV. 7. huius verbi vis est (1). Quod enim modo *παραίεισθαι* Apostolus dixerat, in secundo commatis membro *ἀποσρέφεισθαι*, fastidire, averfari effert. In hoc vero cardo rei vertitur, an per τὸν λαλῶντα LOQUENTEM Christus intelligatur. Quod si enim Apostolus Christum LOQUENTIS nomine insigniat, idem quoque erit, quem mox τὸν ἀπ' ἑρῶν vocat, & cuius vocem terram concussisse, perhibet.

(1) Eadem significatione τὸ παραίεισθαι HERO-
DIANVS Lib. I. Histor. sui temporis Cap. XVI.
p. m. 33. adhibet, de Commodio Imperatore asse-
rens: εἰς τοσῶτον δὲ μανίας καὶ παρανοίας
πρῶτα ἤρξεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρῶαν
προσηγορίαν παραίησασθαι, Eo *insaniae* &
petulantiae processit, ut *paternum nomen* repu-
diaret.

§. IV.

Nullam speciem veri JOSEPHI HAL-
LETTI sententia ostendit, qui per τὸν λα-
λῶντα quemvis bona, vera & rationi con-
grua praecipientem, sive sit Deus, sive homi-
nes, intelligit. Praepositus enim articulus
ὁ clarissime docet, hac voce ad certam per-
sonam respici, nec ulla ratio apparet, cur
nulla ejus data occasione generalem ejusmo-
di

di admonitionem Apostolus tradat (1). Praetermissa igitur diluta HALLETTI sententia notamus, non parum ponderis illam rationem habere, quamobrem Christus τὸ λαλῆντος nomine significetur, quae a connexionione cum praegressis verbis ducitur. Christi enim proxime v. 24. Apostolus mentionem fecerat: καὶ (προσεληλύθατε) διαθήκης νέας μεσίτη Ἰησοῦ. καὶ αἵματι ῥαντισμῶ κρείττονα λαλῆντι παρὰ τὸν Ἄβελ (2). *Ei (accessistis) ad Novi Testamenti Mediatorem Iesum, & sanguinem aspersionis potiora loquentem, quam loquatur Abelus.* His verbis ad finem decurrit oratio, qua Apostolus inde a v. 18. Hebraeis praestantiam ac suavitatem oeconomiae evangelicae prae legali & mosaica commendaverat. Refert ad fideles, quod per fidem florente oeconomia evangelica ad Iesum, Novi Testamenti mediatorem, accesserint, qui Mosi, mediatori Vet. Testamenti, Deut. V. 5. Gal. III 19. 20. opponitur. Functus erat Moses officio Mediatoris inter Deum & populum Israelis, quatenus foederis internunciatus erat, utpote qui Dei iussa & promissa populo proposuit, populique verba ad Deum retulit. Exod. XIV. 7, 8, ac solenni ritu utriusque partis nomine foedus sanxit Exod. XXIV. 7. 8, & quatenus pro populo intercessit Exod. XXXII. 32. Mosi vero longe anteponendus Christus, Mediator Novi Testamenti est, ad quem viventem, glorificatum & ad dextram Patris

Patris

Patris regnantem Hebraei accefferant, qui & verus & Mose infinite excellentior Mediator Dei & hominum est, qui Angelus foederis, seu nuncius aeterni Testamenti, & fidejussor ac sponsor foederis mosaico illo longe praestantioris est Hebr. VII. 22. Is enim est Mediator noster Iesus Christus, qui non solum Dei nomine hominibus salutem ac omnia eo pertinentia spondit, sed & qui Deo pro nobis spondit, se nostro loco ac vice nostra tam agendo, quam patiendo iustitiae Dei perfectissime satisfacturum, quod & statuto tempore praestitit, atque adeo cruenta sua morte ac intercessione pacis aeternum perennantis conciliator est. Addit hisce Apostolus, Hebraeos accessisse *ad sanguinem adspersionis*, Mediatoris scilicet Novi Testam., cuius sanguis pecuino & typico sanguini, quo oeconomiae veteris filii adspergebantur, opponitur, & propterea *sanguis adspersionis* appellatur, quia fideles hoc sanguine adpersi, id est, ejus virtute vere expiati & a peccatis abluti erant (3). Quae comparatione sanguinis Christi & Abeli scite illustrantur, vbi vterque sanguis per metaphoram loqui & aliquid postulare, diverso tamen modo, dicitur. Abeli sanguis clamabat ad Deum Gen. IV, 10., & justas fratricidii poenas exigebat, sanguis Christi reconciliationem, benedictionem & salutem hominum postulans, meliora & gratiora clamat.

mat.

mat (4). Cum igitur haec de Christo N. T. Mediatore ejusque sanguine, dicta, immediate excipiant verba: *Βλέπετε μὴ παραιτήσεσθε τὸν λαλῶντα*; seriei orationis Paulinae quam maxime consentaneum est, Christum *λαλῶντος* nomine venire, *in quo ultimis diebus Deus nobis loquutus est* Hebr. I. 3. Ad partes enim officii mediatorii Christi quoque pertinebat, tabulas evangelicas ad nos deferre & omne consilium Dei de salute nostra eloqui & in medium proferre Ioh. XIV. 6. I Cor. I. 30. Matth. XI. 5, quamobrem non modo *ἀρχιερεὺς*, sed *ἀπόστολος* etiam confessionis nostrae Hebr. III. 1. vocatur. Deinde observandum est, admonitionem apostolicam de vitando Evangelii Christi contemptu e comparatione oeconomiae legalis & evangelicae, e recensione amplissimorum bonorum oeconomiae evangelicae, & feliciore fidelium N. T. conditione inferri. In hac vero comparatione & toto capite (vid. §. II.) id Apostolus intuetur, ut discant Hebraei, Christo, Evangelii consummationis praeconi Augustissimo, constanter adhaerere, oeconomiam evangelicam ejus auspiciis institutam cultui veteris Testamenti & toti choragio legis caerimonialis praeferre, ac omnibus officiis, quae in genuinos Evangelii Christi confessores maxime cadunt, strenue fungi. Quapropter verbis *Βλέπετε μὴ παραιτήσεσθε τὸν λαλῶντα* sine dubio Christum,
magnum

magnum illum Prophetam, non vult repudiari loquentem, quem Deus apud Mosen jufferat audiri. Deut. XVIII. 18. 19. Denique vox ὁ λαλῶν eodem jure, quo ὁ λόγος ad excellentissima Salvatoris nomina pertinet. Τὸ λαλῶντος enim seu המדבר nomine dudum in vaticiniis Jesaiæ Messias ornatus est, ad quam notionem digitum intendit Apostolus in studio oraculorum propheticorum exercitissimus, seu potius Spiritus sanctus, cuius impulsu scripsit. Sanctus Jesaias Cap. LII. 6. Messiam ad misere afflictam Ecclesiam judaicam circa tempus, quo antiquatio oeconomiae legalis imminebat, & regnum Messiae appropinquabat, haec loquentem inducit: *Propterea cognoscet populus Nomen meum: propterea illo die (scil. cognoscet) כי אני הוה* quod ego sim ille LOQVENS ecce me. Messias in hac elegantissima Apostrophe Judaeis promittit, quod cognituri sint nomen ejus (seu quod illo tempore se clarior iisdem revelaturus sit, ut in interiorem doctrinae salutis notitiam pervenirent) & quod cognituri sint, illum ipsum esse המדבר LOQVENTEM. *Non scripsit Propheta (utor verbis VITRINGAE, interpretis Jesaiiani post fata etiam laudatissimi) כי אני דברתי, quod Ego loquutus sim scil. promissa illa, ut Chaldaeus sententiam accepit: sed me ipsum adesse LOQVENTEM. Sensus est, Filium Dei respectu habito corruptissimi & miserandi status populi*

populi

populi sui, dum tempus a Patre definitum impletum esset, non esse dilaturum Redemptionem Ecclesiae conditam, & exhibitionem Promissorum & Praedictorum antiqui temporis: sed ipsum adfuturum in carne, & suo ore loquuturum ad populum: loquuturum esse verba Dei sibi reservata, a nemine praeter se dicta aut dicenda; & se clara voce demonstraturum esse, ut causam justitiae & salutis; viam, veritatem & vitam; falsosque Doctores & adulterinam Religionis doctrinam redarguturum esse. Idem est, quod Propheta dixerat Cap. XL. 5. Et videbit omnis caro, os Jehovae loquutum esse (5). Nemini certe, praeter Filium Dei, nomen λαλῶν in summa emphasi convenit, utpote qui non modo illo tempore Verbi gratiae summus Nuncius & voluntatis divinae Interpretes fuit, quo carne indutus in statu exinanitionis immediate propheticum munus administravit, sed & glorificatus ac in Throno infinitae majestatis collocatus perpetuus Novi Testamenti Orator est. Quamobrem significanter Ἰὸν λαλῶντα, non λαλήσαντα, Apostolus vocat. Evangelium enim perpetua Christi vox est, quae σήμερον hodie h. e. per totum Novi Testamenti tempus (6) auditur & audienda est Ps. XCV. 7. Hebr. III. 7.

(1) Vid. Notam Celeb. JOH. DAV. MICHAELIS ad JAC. PEIRCII Pamphras. in Epist. ad Hebr. p. 392.

(1) Observantur quidem in hoc commate diversae lectio-

lectiones, quae vero sensum Apostoli non mutant. Habent quidam codices, editiones & interpretationes, loco κρείττονα singulare κρείττον, quomodo etiam nonnulli Patrum legerunt. Vid. Apparatum Criticum Novo Testamento cura JOH. ALBERTI BENGELII edito subjunctum p. 726. Cum vero lectio κρείττονα non modo communior sit, sed & praeterea majori emphasi gaudeat respiciens intercessionem Christi frequentem sanguini, quo fideles adpersi sunt, innixam merito retinetur. Syrus illud καὶ αἵματι ραντισμὸς per hypallagen reddit והרסתי דמי & adspersionem sanguinis cum Vulgato, quod sine dubio ex I. Petr. I. 2. huc traductum est, cum graeci codices & cum iis Theophylactus & Oecumenius, non diffitente GVIL. ESTIO, priorem habeant lectionem. Vid. eiusdem Comment. in Epist. Paulinas ad h. l. p. 1076. & SEB. SCHMIDIVS l. c. Legitur in duobus codicibus a MILLIO citatis loco παρὰ τὸν Ἄβελ, παρὰ τὸ Ἄβελ quos sequuntur Editiones ALDI, FROBENII, COLIN, ER. SCHMIDII, Syrus quoque interpres, vertens: והרסתי דמי, qui loquitur bonum pro Abeli scil. sanguine, hanc lectionem probasse videtur, cui HIERON. GVIL. SNABELIVS in *Amoenitatibus Theologiae Emblematicae & Typicae* p. 109. THEOPHYLACTVM addit. Praefert lectionem παρὰ τὸ Ἄβελ usitatiori παρὰ τὸν Ἄβελ cum GROTIO laudatus SNABELIVS l. c. ex hac ratione, quia hac stante eo clarius pateat ad τὸ αἷμα τῷ Ἄβελ respici. Cum vero plerique codices παρὰ τὸν Ἄβελ, teste IOH. CHRISTOPH. WOLFIO, Hamburgi quondam & Reipublicae Litterariae decore, *Cur. Philolog. Critic.* ad h. l. habeant, &
 ex

ex connexione clarissime constet, loquelam Abe-
lo propter sanguinem eius adscribi, qui cum
sanguine adspersionis confertur, in communiore
lectione acquiescimus.

(3) Vid. de hac phrasi VITRINGA ad Ies. LII. 15.
& BRAVNIVS Comment. ad h. l. p. 891.

(4) Quibusdam interpretibus persuasum est, hoc
loco non ad sanguinem Abeli a Caino nefarie
fufum respici, sed ad sanguinem sacrificii Deo ab
Abelo oblato, quam sententiam communiore prae-
ferunt NEMETHVS I. c. NORTONVS KNATH-
BVLL *Animadversionum ad libros N. Testamenti*
p. 140, quamque operose adstruere studuit SNA-
BELIVS I. c. p. 110. Quia vero sanguis Abeli
ad Deum clamasse dicitur Gen. IV. 10. promptius
est Abeli ipsius sanguinem intelligere.

(5) Vid. VITRINGAE Comment. in Ies. ad h. l.
Tom. II. p. 645.

(6) Σήμερον Hebr. III. 7. & היום *hoc die* Ps.
XCV. 7. significat diem Novi Testamenti, diem
adventus Messiae Iesu Christi, omneque tempus
oppositum veteri Testamento Hebr. XIII. 8. Istud
tempus vocatur *Dies* Ps. CXVIII. 24. conf. SEB.
SCHMID. I. c. ad h. l. p. 336 & IO. BRAVNIVS
I. c. p. 705.

§. V.

Prius vero quam hinc abeamus, sententia
HVG. GROTH expendenda erit. Vir eru-
ditissimus existimat, τὸν λαλῶντα Patrem esse,
qui Christo nos obedire iusserit, adeoque ver-
ba τὸν ἀπ' ἔρανῶν ad eundem referenda esse,
quippe qui de coelo nobis oracula dederit,
Filio suo pareri volens Matth. III. 17. Marc. I.

I

II.

Misc. Lub. Vol. II.

11. Matth. XVII. 5. Marc. IX. 7. Luc. IX. 35. Ioh. XII. 28. (1). GROTIUM hic sequuntur IAC. PEIRCIVS, Anglus, cel. IOH. DAVID MICHAELIS, Peircii interpres (2), & vener. Theologus Iulius, IOH. BENED. CARPZOVIVS (3). Nihil autem est, quod interpretationi Grotianae speciem conciliare possit, quam quod de eodem, qui v. 25. ὁ λαλῶν & ὁ ἀπ' ἑρχνῶν appellatur v. 26. affirmetur: Νῦν δὲ ἐπήγγελαί, λέγων: Ἐτι ἀπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν ἀλλὰ καὶ τὸν ἑρανόν. *Nunc autem denunciavit (4), dicens: Adhuc semel ego concutiam terram, non solum terram, sed etiam coelum.* Iam si Haggaeum consulamus, e cuius vaticiniis Cap. II. 6. haec verba Apostolus profert, liquet, Patrem a Propheta loquentem introduci. Ex hisce IAC. PEIRCIVS colligere studet: quia Pater apud Haggaeum praedicat, se adhuc semel non solum terram, sed etiam coelum concussurum esse, Apostolus vero clare doceat, τὸν λαλῶντα haec Haggaeo interprete promississe, per τὸν λαλῶντα quoque Patrem intelligendum esse. Quamvis autem minime inficias eam, Patrem apud Prophetam Haggaeum loquentem fisci, illud tamen PEIRCII argumentum admodum leve esse iudico, quo inde confici putat, Patrem in hoc vaticinio loquentem introduci, quia persona loquens a Propheta יהוה צבאות *Jehova Dominus Exercituum* appelletur, quod nomen ex ejus sententia Patri soli tribui soleat

leat

leat (5). Perspicue enim falsum esse, Patrem tantum in Scriptura S. *Jehovam Dominum Exercituum* appellari, vel ex solo Psalmo prophetico XXIV, pulcherrimam adhortationem ad homines de excipiendo Christo, Rege Gloriam, continente, constat, in cuius v. 10. Christus diserte hoc nomine insignitur. Sic enim Propheta: *Quis ille est Rex Gloriam? Iehova Dominus Exercituum is est ille Rex Gloriam.* Idem probamus e verbis, quae Zachar. II. 8. 9. leguntur: *Quoniam sic dixit Iehova Dominus Exercituum, post aggravationem misit me ad gentes spoliantes vos, quia tangens in vos, tangens in pupillam oculi eius. Quoniam ecce ego agitans manum meam super eas, eruntque spoliium servis suis, agnoscetisque, quod Iehova Dominus Exercituum miserit me.* Introducitur hic Iehova Dominus Exercituum loquens, qui ex missione a Jehova mittente & potentissima manus agitatione deprehenditur esse Angelus Jehovae increatus, seu Filius Dei (6). *Jes. VI. 3. Deus Trinunus nominatur Jehova Dominus Exercituum, atque adeo Filius Dei, secunda augustissimae Triados persona, cuius quoque gloriam Iesaias vidit, & loquutus est de ipso Ioh. XII. 41. (7).* Et quidni conveniret, Filium Dei appellari *Jehovam Dominum Exercituum*, qui re ipsa cum Patre & Spiritu sancto *Jehova Dominus Exercituum* est, summus scilicet Deus & omnium Dominus, cui Angeli,

Homines & universa rerum natura subiecta est (8). Mihi quidem ex praecedentibus commatibus 4 & 5 satis constat, Patrem apud Haggaeum loquentem introduci. Sic enim Propheta ad populum reductum: *Quia ego vobiscum sum, ait Iehova Exercituum Dominus, cum VERBO ILLO, quod vobis foedere condixi, cum egrederemini ex Ægypto: & SPIRITVS MEVS stat in medio vestrum, ne timeatis.* Cum enim nihil convenientius sit, quam ut *כִּי אֲנִי* verbum illud similiter hic *ὑποστατικῶς* exponatur, uti *Iehova*, cuius est verbum, & *Spiritus Sanctus ὑποστάσεις* sunt, Pater prima Deitatis persona omnino loquens introducitur, qui Judaeis e Babylonia reversis promittit, se iisdem cum VERBO, Filio suo unigenito & SPIRITV suo adfuturum esse (9). Pater igitur etiam erit persona loquens in vaticinio v. 6 sqq. proposito, quia Propheta una serie pergit. At enim vero ex his minime efficitur, Apostolum *τῷ λαλῶντι* praedictionem vaticinii Haggaei tribuentem per *τὸν λαλῶντα* Patrem intellexisse. Maxime enim verum est, Filium Dei afflatu suo hoc vaticinium per Prophetam Haggaeum denunciaffe, in quo Pater persona loquens introducitur, qui eandem numero cum Patre & Spiritu Sancto essentiam, adeoque potentiam & indivisam operationem, habet Ioh. V. 17. 19. Tritam hic in scholis Theologorum regulam Augustinianam apertissimis Scripturae oraculis confirmatam

matam

matam repeto: Opera Dei Trinunius ad extra sunt indivisa, cumque Deus extra suam essentiam in creaturis aliquid operatur, ad cuius generis operationes quoque Inspiratio & Revelatio Prophetis facta pertinent, tum tres personae simul operantur. Prophetæ ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν, αὐτὶ ἀ Spiritu sancto loquuti sunt 2 Pet. I. 21, qui Spiritus Christi est 1 Pet. I. 11, & quemadmodum Spiritus sanctus verissime dicitur hoc vaticinium per Haggaeum denunciaſſe, sic idem quoque de Filio valebit. Quamobrem Filius sibi & omnia Prophetarum vaticinia & illa etiam tribuit, quae de Cyro liberatore Israelis ex captivitate babilonica exſtabant, adeoque huius quoque generis vaticinia, in quibus Pater loquens introducitur, dicens apud Jefaïam Cap. XLVIII. 16: *Non ab initio in occulto loquutus sum.* Praeterea opus divinum concuſſionis coeli & terrae, cuius in Prophetia Haggaei mentio fit, *Filius similiter facit* Ioh. V. 19. h. e. una cum Patre, eo modo et ex communi principio. Quare nihil est, quod in GROTHII ac PEIRCII opinionem repetitam quam longe eamus, cumque iis per τὸν λαλῶντα Patrem intelligamus, cum & plana et obvia sit, immo exquisitis rationibus nitatur praestantissimorum interpretum sententia, qui τὸ λαλῶντος nomen ad Filium Dei, Mediatorem Novi Testamenti, referunt.

- (1) Vid. ABR. CALOVII Biblia illustrata ad h. l.
 (2) Vid. PEIRCII Paraphr. in Epist. ad Hebr. pag. 391 seq.
 (3) Vid. IO. BENED. CARPZOVII S. Exercitationes in Epist. ad Hebr. ex PHILONE p. 614.
 (4) Observandum est, Praeteritum passivum ἐπήγγελαι hoc loco active sumendum esse, quod Graecorum modo loquendi convenit. Sic DEMOSTHENES pro corona ἐνδέδειγμα pro ἐνδέδειχα ostendi. Conf. FRANC. VIGERVS de graecae dictionis Idiotismis p. 137, qui plura exempla subministrabit.
 (5) Vid. Paraphrasis PEIRCII l. c. p. 392.
 (6) Vid. IOH. MARCKII Comment. ad h. l. p. 920 Edit. Tubing.
 (7) Solide hunc locum Iohanneum a Socinianorum offuciis vindicarunt VITRINGA Tom. I. Comment. in Iesaiam p. 142, & FRANC. GOMARVS Opp. Theolog. Tom. I. p. 218 & 354.
 (8) Cur Deus Jehova Dominus Zebaoth dicatur, pluribus docent HERM. WITSIVS Miscellan. S. Tom. II. Exercit. I. p. 16 sqq. & VITRINGA l. c. ad Ies. I. 9. p. 43 sq.
 (9) Conf. ad h. l. IOH. TARNOVIUS Comment. in Proph. Minores p. 1287. H. WITSIVS Tom. II. Miscellan. S. Exercit. III. §. XIX. pag. 81. & VITRINGA l. c. ad Ies. XLVIII, 16. Tom. II. p. 552.

§. VI.

Pergimus ad considerationem Confirmationis, qua admonitionem de vitando Evangelii Christi contemptu Apostolus exaggerat: εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παρασησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῶ μᾶλλον, οἱ τὸν αἶψ' ἔραναν ἀποσρεφόμενοι. Nam si illi non ef-
 fuge-

fugerunt, qui recusarunt divinitus loquentem in terra, multo magis nos eum, qui de coelis aversantes. Desumptum est argumentum Apostoli a gravissima poena, quae contemptores doctrinae LOQVENTIS, scilicet Christi, manet, & procedit a punita recusatione minoris ad certo puniendam recusationem majoris. *Εκείνοι παραιτησάμενοι* sunt Israëlitae, qui accesserant *ad montem contrectabilem* v. 18. & ut per Mosen ad eosdem oracula divina deferrentur, a Deo efflagitaverant Exod. XX. 19. Deut. XVIII. 16, quem tamen defectionem parantes postea repudiarunt. Quod non impune tulerunt. Etenim *ἐκ ἔφυγον* non *efugerunt* horrendas scilicet poenas, quarum exempla Num. XII. XIV. XVI. extant. *ὁ ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζων* Moses est. Nec enim cum ESTIO (1) Angelus populi Doctor & Custos, qui Exod. XXIII. 20 sqq. memoratur, & per quem lex data est, intelligi potest, quia Angelus ille Angelus increatus, Filius Dei, summusque Deus est, qui legem in monte Sinai pronuntiavit (2), De quo infra pluribus. Sed nec commode verba *ὁ ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζων* de Deo legem in monte Sinai promulgante accipi possunt, quia stylo Scripturae in legislatione Sinaitica Deus ex coelo loquutus est. Exod. XX. 22. Deut. IV. 36. Nehem. IX. 13. (3). Multo minus cum HALLETTO (4) de Abelo cogitamus, cuius sanguis per metaphoram v. 24. loqui dicitur, cum hic de

propria loquutione divinorum oraculorum sermo fit. Quapropter aptissime cum CHRYSOSTOMO, OECUMENIO & plurimis interpretibus per τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα Mosen, Mediatorem Veteris Testamenti divinaeque voluntatis apud populum Israelis interpretem Deut. IV. 14. significari asserimus, quod contextui congruit, quia Paulus ad ea respicit, quae in monte Sinai gesta sunt, ubi Moses cum populo loquutus est Exod. XX. 19 sqq., & oppositioni ad τὸν ἀπ' ἔρανων maxime convenit. Accedit, Paulo eandem comparationem in hac Epistola esse perquam familiarem, Vid. Hebr. III. 3 sqq. Cap. X. 28 29. Dicitur Moses χρηματίζων, quia oracula edidit & divinitus, jussu scilicet & instinctu Dei, loquutus est (ς): idem dicitur ὁ ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζων, in terra seu super terra oracula edens, non tam propter locum, nam etiam Christus in Novo Testamento super terra tanquam loco, in qua tempore exinanitionis versabatur, oracula sua edidit: quam propter originem, quia Moses & in terra & de terra erat, in coelo vero non erat, nec ex coelo venerat, atque adeo, qui ex terra erat, ex terra quoque, sive ut minister in terra ad scabellum Dei stans, loquebatur Joh. III. 31. (6), id quod ex comparatione cum τῷ ἀπ' ἔρανων conficitur, de quo mox dispiciemus. Mosi Apostolus opponit τὸν ἀπ' ἔρανων. His verbis eundem, quem modo

τὸν

τὸν λαλῶντα vocaverat, significari, omni dubio caret. Supra docuimus, per τὸν λαλῶντα Christum perpetuum Novi Testamenti Oratorem indicari, idem ergo erit ὁ ἀπ' ἑρανῶν. Id agit in hoc loco sua collatione inter Mosen & Christum Apostolus, ut Hebraeis in mentem revocet, quis & quantus quantumque Mofi mero homini antecellat ὁ λαλῶν LOQUENS, quem audire, & cui obtemperare jubeantur, quibus de causis etiam sequ. v. 26 illustra Omnipotentiae τῆ λαλῶντος effecta affert. His observatis ad verba τὸν ἀπ' ἑρανῶν ὄντα vel ἐρχόμενον subintelligi existimamus. Confimiles de Christo modi loquendi leguntur Ioh. III. 13. 31. Cap. VI. 33. VIII. 23. I Cor. XV. 47. Ὁ ἀπ' ἑρανῶν igitur est, qui de coelis est, qui de coelis e sinu Patris venit, cujus effulgentia gloriae & character Personae est Hebr. I. 3.

(1) Vid. GVIL. ESTVS ad h. l. p. 1079 sq.

(2) Vid. IOH. GERHARDI Exegef. Loc. III. de S. Trinit. Myfterio §. 139. p. m. 1070 sq. IO. IAC. CRAMERI, Theologi quondam Herbornensis, Theologia Israelis P. II. p. 29 sqq, & nostram Dissert. verba Apostoli Hebr. II. 2. ὁ δὲ Ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος illustrantem §. V. VI., quae Bibliothecae Bremensi & Verdensi propediem inferetur.

(3) Vid. COCCEIUS l. c. Tom. V. Opp. p. 630, & IOSEPHI HALLETTI Notam ad h. l. in Paraphr. Peirciana cit. p. 392.

(4) Vid. Nota HALLETTI l. p. a. c. cum epicrisi Cel. IO. DAV. MICHAELIS p. 393.

(5) Cum τὸ χρηματίζεσθαι primario in sacris litteris significet *divinitus admoneri* Matth. II. 12. 22. Luc. II. 26. Actor. X. 22. Hebr. VIII. 5. Cap. XI 7. & χρηματισμὸς *divinum oraculum seu responsum* notet Rom. XI. 4. add. 2 Maccab. II. 4. χρηματίζειν in loco nostro *oracula edere* haud dubie significabit, quod praeterea ex toto contextu clarissime colligitur. Eadem significatione apud PHILONEM Deus et Moses θεσπίζειν & ἱεροφαντεῖν dicuntur, vid. locus huc pertinens e PHILONIS libro de Decalogo in S. Exercitatt. S. R. IOH. BENED. CARPZOVII, Theologi Iulii, cit. p. 615. De verbo χρηματίζειν & χρηματίζεσθαι plura dabant FRID. SPANHEMIVS P. II. *Dub. Evangel.* p. 461 sq. IOH. CONR. DIETERICVS *Illustram. N. T.* Vol II. p. 256. ED. LEIGH *Crit. S. N. T.* p. 741. & IOH. BRAVNIUS *Comment. in Epist. ad Hebr.* ad Cap. VIII 5 p. 441.

(6) Vid. SEB. SCHMIDIUS l. c. p. 371. & IOH. COCCEIUS l. c. Tom. V. p. 629.

§. VII.

Argumentum apostolicum v. 25. propositum in eo vertitur: Si non licuit Mosen ex meris hominibus unum divinitus loquentem impune repudiare; multo minus τὸν λαλῶντα Oratorem N. T. perpetuum, Filium Dei τὸν ἀπ' ἑρανῶν impune repudiare licebit. Hujus igitur consequentiam v. 26. Omnipotentiae Christi descriptione a duobus ejus effectis desumpta confirmat, quod α) olim ejus vox terram concusserit, β) quod per Haggaeum denunciaverit, fore, ut non solum

lum

lum terram, sed etiam coelum concutiat. Posterioris consideratio hujus loci non est, quae propter ad prius descendamus, quod his verbis Apostolus effert: Οὐ ἡ Φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, cuius vox tunc terram concussit. Τότε τῷ sequenti νῦν temporis Novi Testamenti indici oppositum tempus Veteris Testamenti indicat, & praecise significat concussionem terrae tempore solennis promulgationis legis factam, quod ex collatione commatum praecedentium 18 & 19 clarissime cognoscitur. Τὸ σαλεύειν hic ad terrae commotionem significandam transfertur, uti Passivum σαλεύεσθαι Act. IV. 31. Cap. XVI. 26. (1). Nec minus patet, non figuratam quandam terrae concussionem cum ESTIO intelligendam esse, seu terrorem, quem signa horribilia tum temporis populo incutiebant. In historia enim Exod. XIX. 18. propriae commotionis mentio fit (quod temere ESTIVS negat), ubi expresse secundum textum originale dicitur: Tremebat ille totus mons valde, ac ESTIVM decepit a fonte hebraeo hic abludens versio vulgata, in qua haec verba redduntur: eratque omnis mons terribilis (2). Idem confirmatur praeter Jud. V. 4. ex Ps. LXVIII. 8. 9. ubi tempore legislationis terra tremuisse dicitur scilicet synecdochice, quia mons Sinai eidemque contigua terra tremuit. Φωνὴ hoc loco Φωνὴ ῥημάτων vocem verborum v. 19, atque adeo terribilem illam vocem significat, qua

qua Deus Decalogum **הַדְּבָרִים עֲשֶׂה** *decem verba* seu praecepta ex igne eloquutus est, Deut IV. 12. 13. (3), & admodum lubricum est, quod Trevoltienses asserunt, fulmina & tonitrua, quibus Deus in promulganda lege usus est, in hoc loco vocis Dei nomine venire, ut Ps. XIX. 3. (4). Etenim **φωνὴ ῥημάτων** vox divina Decalogum publice pronuncians a fragore tonitruum & fulgetrorum vibrationibus super Sinai observatis distinguenda est, quod alibi docuimus (5). Haec **φωνὴ** dicitur terram concussisse, quia inusitata illa & admiranda montis Sinai commotio non modo ad illustria signa descendens super eum summi Legislatoris pertinet Exod. XIX. 18, sed quia etiam illa commotio per totum temporis spatium, quo Decalogus pronuntiatus est, sine dubio continuatus est.

(1) De Etymologia & significatione voc. **σαλεύειν** conf. ED. LEIGH Crit. S. N. T. p. 602.

(2) Quod bene observavit IOH. GERHARDVS in *Comm. in Epist. ad Hebraeos* ad h. l. p. 467 sq.

(3) Quod Moses Deut. IV. 12. **קוֹל דְּבָרִים** dixit Interpp. Alexandr. eodem loco & Apostolus Hebr. XII. 19. **φωνὴν ῥημάτων** vocem virborum vertunt. Ubi per **דְּבָרִים ῥήματα** intelliguntur **עֲשֶׂה דְּבָרִים** decem verba seu sententiae praecipientes principales & primariae Deut. IV. 13, quam **דְּבָר** seu **ῥήματος** in his locis veram significationem esse, solide probavit IOH. BVXTORFIUS Dissert. de Decalogo §. 11.

(4) Es

(4) Ex citatione Cel. IOH. DAV. MICHAELIS
I c. ad Hebr. XII. 26 p. 396. Ante Trevoltien-
ses eadem sententia DAV. PAREO placuit. Vid.
ej. Comment. in Epist. ad Hebr. ad h. l. P. IV.
Opp. Theologico-Exeget. p. 527.

(5) In Dissert. nostra ad verba ὁ δὲ Ἀγγέλων
λαληθεὶς λόγος Hebr. II. 2. Biblioth. Bre-
mensi & Verdensi inferenda §. IX, ubi quoque
Cameronis & sequacium opinionem examina-
vimus de tonitru in Sinai faciente vocis verbo-
rum legis materiam, ad quam articulatio An-
gelorum opera facta accesserit.

§. VIII.

Apostolus igitur effato suo: ὅτι ἡ Φωνὴ
τῆν γῆν ἐσάλευσε τότε, majestatem Christi pla-
ne divinam, quam nemo impune laedat,
egregie amplificat. Cum enim Jehova, ve-
rus Deus, legem terribili voce publice edi-
xerit Exod. XX. 1.2 (1), & vero Apostolus
hanc solennem legis promulgationem ἡ
λαλῶντι *Loquenti*, Domino videlicet nostro Jesu
Christo tribuat, testimonium admodum il-
lustre Deitati Salvatoris nostri perhibet. Ex-
ploratum quidem est, legislationem toti SS.
Trinitati, cuius in una Deitate parem maje-
statem veneramur, convenire, quod vel ex
praecepto primo constat, eandem tamen
speciatim Filio Dei adscribendam esse, neuti-
quam negandum est. Nam Filius Dei ὁ
λόγος est, quia α) ut sermo animi index est,
sic Filius Dei est is, in quo quaenam sit san-
ctitas,

Etitas, decentia, sufficientia & benigna voluntas Patris cognoscitur. Filius enim invifibilem Deum nobis expofuit Joh. I. 18, & *εἰκὼν τῆς Θεοῦ ἀοράτου* Col. I. 15. eft, vt, qui Filium viderit, etiam Patrem viderit Joh. XIV. 9, feu virtutem & voluntatem Patris virtute & voluntate Filii cognofcat: β) quia perpetuus Orator, os & oraculum Patris eft, per quem omni tempore etiam ante incarnationem loquutus eft Jef. XLVIII. 16.(2) Deinde Filio Dei fingulari modo legislatio convenit, quia in peculiari relatione perpetuus Dux, Princeps & Director populi Dei fuit, qui in nube & columna ignis Ifraelem praecedit(3), quem Presbyteri Ifraelis in monte viderunt Exod. XXIV. 10.(4), qui Jofuae ad Hierichuntem apparuit Jof. V. 14. (5) in quo propterea Pater gloriam fuam in Sinai tempore promulgationis legis confpiciendam praebuit. Luculentiffimum huius rei testimonium eft, quod ex Pfalmo LXVIII. depromitur. *Chriftus enim is eft, qui afcendit in altum κ. τ. λ. Pf. LXVIII. 19. coll. Ephes. IV. 8, & idem eft, qui processit coram populo suo in deserto, quando terra movebatur & coeli destillabant a praesentia Dei, hic Sinai a praesentia Dei, Dei Ifraelis h. e. in promulgatione legis Pf. LXVIII. 8. 9. Nimirum Filius Dei eft ille Angelus increatus, qui ab essentia Dei non separatus eft, summus ille Patris Legatus, qui Ecclesiam Veteris Testamenti*

ftamenti

stamenti administravit, *Angelus faciei*, qui eandem divina sua providentia *sustulit* & portavit omnibus diebus saeculi *Jes. LXIII. 9*; ad quae educatio Israelitarum ex *Ægypto* & legis promulgatio pertinent (6).

(1) Deum immediate Decalogum in legislatione Sinaitica pronunciasse, in Dissertat. nostra modo citata §. V. & VII. pluribus demonstravimus, ac simul ad ea, quae contra hanc sententiam ex locis *Act. VII. 53. Gal. III. 19. Hebr. II. 2.* obijci solent, respondimus §. VIII. & IX sq.

(2) Pluribus haec persequuntur *IO. COCCEIUS* in consideratione principii Evangelii Johannis Cap. II. Tom. IV. Opp. p. 64. *HERM. WITSIUS* Tom. II. Miscell. S. Exercit. III. p. 84 sq., & *FRID. AD. LAMPIUS* Exercit. in Ps. XLV. p. 118 sq.

(3) Vid. *IO. IAC. CRAMER* Theol. Israelis P. II. p. 52. 83.

(4) Vid. *IO. IAC. CRAMER* l. c. p. 168 sqq.

(5) Vid. *SEB. SCHMIDIUS* in *Jos. ad h. l.* p. 777.

(6) Vid. *VITRINGAM* l. c. ad h. l. Tom. II. pag. 860 sq., *PETR. ALIXIVM* in dem *Ausspruch der alten jüdischen Kirchen wider die Unitarios* passim & *CHRIST. SCHOETGEN* *Hor. Talmud.* Tom. II. Lib. IV. Cap. II.

§. IX.

Sub finem opellae nostrae illustrem locum ex oratione Stephani Protomartyris producimus, ex quo similiter conficitur, legem in monte Sinai a Filio Dei latam esse. Vir sanctissimus de Mose asseverat: *Hic est, qui fuit εν τῇ ἐκκλησίᾳ in conventu in solitudine.*

cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina,
¶ cum patribus nostris, qui accepit verba viva,
quae nobis traderet Act. VII. 38. Contextus
clarissime docet, Stephanum de Angelo in-
creato, Filio Dei, loqui, qui visus ei fuerat
in rubo v. 35, seque Deum Abrahami, Deum
Isaaci ¶ Deum Jacobi vocaverat v. 32 (1),
cum hoc Angelo dicit Mosen fuisse ἐν τῇ ἐκ-
κλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ h. e. in celeberrimo illo
conventu populi in deserto, qui juxta mon-
tem Sinai ad audiendam legem congregatus
erat (2), eundemque Angelum Mofi in
monte Sinai loquutum esse affirmat. Cum
vero ex Exod. XIX. constet, Jehovam Mofi
loquutum esse, qui Decalogum pronunciavit
Exod. XX. & a quo Moses Numinis arcanis
admissus leges Cap. XX fine & tribus se-
quentibus Capp. XXI. XXII. XXIII. accepit,
firmiter e verbis divi Stephani colligitur,
Angelum increatum, Filium Dei, Decalo-
gum pronunciaffe. Nullius momenti sunt
argumenta, quibus Nota 43 ad Paraphrasin
Peircianam in Epist. ad Hebraeos (3) in du-
bium vocatur, quod ex hisce Stephani ver-
bis solide probetur, Filium Dei legis Sinaiti-
cae latorem fuisse. Objicit auctor α) Step-
hanum ex Apostolorum numero non fuisse, quorum
singulis verbis in iudicii loco prolatis adflatum
Spiritus sancti subesse, credi a nobis jubeat pro-
missio Christi. Matth. X. 19. 20. Sed cum tra-
dent vos, ne estote solliciti πῶς ἢ τί quomodo aut
quid

quid loquamini. Dabitur enim vobis illo momento, quod loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis. Verum enim vero, quamvis haec promissio Christi in hoc loco tantum ad Apostolos dirigatur, quod ex commate & praecedente constat, falsa tamen opinione duceretur, qui negaret, eandem promissionem etiam in Stephano viro Apostolico ac donis Spiritus Sancti extraordinariis ornato Act. VI. 8. iisdem temporibus & sub similibus circumstantiis impletam esse. Eadem enim optimus Salvator alio tempore & alia occasione non modo Apostolis, sed & discipulis suis generatim, quo nomine etiam LXX discipuli veniebant, immo quoque amicis i. e. suis auditoribus, qui fidem ejus verbis habebant Luc. XII. 1. 5. pollicitus est. Sic enim ad hos omnes Luc. XII. 11. 12. Christus: Cum autem, inquit, adduxerint vos ad Synagogas, & ad magistratus ac potestates, ne solliciti estote, πῶς ἢ τί quomodo aut quid pro defensione allaturi, aut quid dicturi sitis. Spiritus enim sanctus docebit vos eo ipso momento, quae oporteat dicere. Deinde Lucas, divino impulsu Stephanum loqvutum esse, testatur, affirmans, Judaeos e Synagogis Libertinorum, Cyrenaeorum & Alexandrinorum κ.τ.λ. cum Stephano altercantes non valuisse obsistere sapientiae & Spiritui, per quem loquebatur Act. VI.

K

9. 10.

Misc. Lub. Vol. II.

9. 10., quae clara impletio erat promissorum Salvatoris Luc. XII. 12. Cap. XXI. 12. 18. Marc XIII. 9-11. Quapropter pro certo quoque habendum est, Stephanum illustrem Christi testem 4), causam Christi coram Magistratu agentem, ex inspiratione divina loqvutum esse, quae similiter in locis citatis testibus veritatis evangelicae ejus temporis promissa erat. Objicitur β) *Angelum cum Mose in monte colloqvutum, ubi dicit Stephanus, non de data lege videtur loqui, sed de visione rubi ardentis* Exod. III. vid. Act. VII. 30-35. Respondemus, Stephanum Act. VII. 38. non visionem rubi ardentis intueri, ex eo clarissime liquet, quia illam loqvutionem Angeli increati in monte Sinai memorat, quae tempore solennis congregationis populi in deserto ad accipiendam legem accidit, quo Mosen cum hoc Angelo fuisse testatur. Quapropter haec minime dubia habenda sunt, Stephanum omnem sermonem in Sinai Angelo increato, Filio Dei tribuere, quem Moses Exod. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. Iehovae adscripsit.

(1) Angelum, qui Mose in rubo ardente apparuit, verum Deum & Filium Dei fuisse, invicte probavit IOH. GERHARDVS in Exeg. Loc. II. de Natura Dei & attributis divinis §. 36. p. m. 632. add. IO. IAC. CRAMER l. c. p. 36 sqq.

(2) Syrus vocem *Εκκλησία* *נְתִישָׁא* vertit, quod similiter *conventum* notat. Conf. quae de voc. *Ecclesia* IOH. CAMERO Myrothec. ad Matth. XVI. 18. Opp. p. 207. habet, quibus addo PHILONEM in libro de Decalogo Opp. p. 748. Edit. Francof. ubi eundem conventum, quem Stephanus *Εκκλησίαν* dixit, vocat *τὸ ἔθνος ἀφροισθέν ἀνδρῶν ὁμῆ καὶ γυναικῶν.*

(3) l. c. p. 119.

(4) Act. XXII. 20.



V.

NOVA

LITERARIA.

K 2



I.

Petroburgi anno superiori diem supremum obiit M. CASP. FRID. LANGE, ecclesiae Petrinae Lutheranae, quae Christo ibi colligitur, Pastor meritissimus, antea Gymnasii Lubecensis Subrektor & Bibliothecarius. Patria ipsi erat Holsatia, in cuius Academia Christian-Albertina primum discendi, postea docendi causa non sine laude commoratus est. Lubecam, quae anno 1753 exeunte ipsum ad se vocauerat, necnem mensium spatio interiecto commutauit cum Petropoli, ubi prolixè acceptus, magnique a suis aestimatus est. Scripta eius recensentur a venerabili SEELENIO nostro in epistola, qua Lubeca discedentem comitatus est, de *Aug. Confess. editione, Petroburgi anno iubil. 1730 excusa, memorabilibus accensenda Petroburgensibus*. Sunt autem ista: *Dissert. histor. philol. de custodia sanctissimi Seruatoris sepulcro adposita. Kil. 1751. 4.* Habita est pro summis in Philosophia honoribus consequendis, sub praesidio celeb. D. PHIL. FRIED. HANE. *Dissert. de Theologia naturali mysteriorum plena. ib. 1752. 4.* *Versuch eines vollständigen Begriffs von der besten Welt. ibid.*

1753.

1753. 4. *Diss. de diuina futurorum praescientia, sine vniuersali omnium huius mundi rerum & euentuum nexu demonstranda, ibid. 1753. 4. Beweiss, dasz die vollkommenste Ehe nur zwischen zweoen Personen möglich sey. Lub. 1754. 4.*

II.

Academiam Upsaliensem, quae Procancellario suo dignissimo, D. HENR. BENZELIO, regni Suec. Archiepiscopo celeberrimo, d. 20. Maii anni superioris morte orata est, hi tunc temporis ornarunt doctores publici: MATTH. ASP, S. Th. D. Prof. prim. & Archi-Praepositus, GABR. MATTHESIVS, Th. D. & Prof. reg. ord. LAVR. BENZELSTIERNA Theol. D. & P. P. O. LAVR. HYDREN, Th. D. & P. P. O. NIC. WALLERIVS, Th. D. & Prof. Reg. & ord. Kalfenianus, DAN. SOLANDER, I. V. D. Juris patrii & Rom. P. P. O. ANDR. BERCH, Jur. Oecon. & Comm. P. P. O. IOH. ER. FICK, I. V. D. & Iurispr. pract. Prof. publ. CAR. LINNAEVUS, Med. D. Archiater regius, Medic. & Botan. P. O. SAM. AVRI-VILLIVS, Med. D. Medicus regius, Anat. & Med. Pract. P. O. PETR. EKERMANN, Eloq. P. O. IOH. IHRE, Reg. Canc. Consiliarius, Eloq. & Polit. Prof. Reg. & Skytt. MART. STROEMER, Astron. P. O. IOH. I. AMNELL, Gr. lit. P. O. LAVR. DAHLMANN,

K 3

MANN,

MANN, Mor. & Pol. Prof. Ord. IOH. GOTTSCH. WALLERIVS, Chem. Metall. & Pharmac. P. O. ION, MELDERCREVTZ, Math. Inf. P. O. CAR. FR. GEORGII Hist. Pr. Ord. CAR. AVRIVILLIVS Poef. P. O. CAR. ASP, Log. & Met. Pr. O. SAM. DV. RAEVS, Phys. P. O. CHRISTOPH. CLEWBERG, O. O. LL. Pr. O.

E Disputationibus, quae in hac academia magno quotannis numero prodire solent, tanquam aliquod specimen adferimus tres ad recentissimas pertinentes:

De geocosmo senescente, praeside IO. GOTTSCH. WALLERIO 1758. m. Martio. Ostenditur, non aliter esse orbem terrarum vniuersum comparatum, atque singulas eius partes, quae vbi supremum pulchritudinis & roboris gradum adsequutae sint, sensim consenescant & ad interitum vergant. Argumentis e natura petitis adduntur loca s. codicis Ps. 102, 27. Ies. 51, 6. Ebr. I. 11.

De Poesi biblica, sub praesid. M. CAR. AVRIVILLII, 1758. d. 1. Iun. Praedicata huius poeseos excellentia, inquiritur in eius metrum, quod, iudice auctore, absoluitur potissimum certis quibusdam sententiarum membratim ita distinctis orbibus, vt insequens congruat apte in proxime praecedentem, remque eandem pronunciet verbis diffe-

differentibus, aut aliquid subiungat, quo fortius definiatur & instilletur animo id, quod praecesserat. Haud ignotae auctori fuerunt ROBERTI LOWTH *de sacra poesi Hebraeorum* praelectiones, quas magno Philologiae sanctioris commodo, additis notis & epimetris, edidit vir celeb. IO. DAV. MICHAELIS. Gött. 1758. 8.

De usu linguae Anglicae in cathedra ecclesiastica, praefide M. P. EKERMANNNO 1758. d. 14 Jun. Licet multum utilitatis oratori adferre ecclesiastico Theologorum Anglicorum lectionem recte auctor iudicet, iusto tamen maius ipsis statuere pretium atque de circumspectione in legendis & imitandis Anglorum sermonibus sacris adhibenda parum dixisse nobis videtur.

III.

Academiae Lundensi ereptus est an. 1758. die 6 April. ARVID. MOLLERVS, Prof. Iur. honorarius, in Liuonia anno 1674. d. 19 Febr. natus. Qui sub eiusdem anni initium scholas ibidem publicas aperuerunt, sunt: AMBROS. WESTRING, Theol. D. & Prof. & T. C. Praepositus, JONAS WÄHLIN, Th. D. & Pr. O. CAR. JESP. BENZELIUS, Theol. D. & Prof. O. GUSTAV. ERN.

K 4

ERNEST, a BILDSTEIN, Th. D. & Prof. O.
 LAVR. IOH. COLLING, Jur. patr. & Rom.
 Prof. O. GVST. HARMEN, Med. D.
 Med & Phys. exper. Prof. O. EBERH. RO-
 SEEN, R. C. M. Assess. Medic. Pr. O. SVEN
 BRING, Hist. Pr. O. IOH. NELANDER,
 Jur. Nat. & Mor. Pr. O. LAVR. LIDBECK,
 Math. sup. & inf. P. O. SVEN MVNTHE
 LL. OO. & Gr. P. O. JO. CORYLANDER,
 Theol. D. & Bibl. LAVR. LAVRE, Ph. Th.
 Pr. O. IO. H. BVRMESTER, Eloq. & Poet.
 P. O. ERIC. GVST. LIDBECK, Hist. Nat.
 Pr. O. Dir. Plant. Scan.

Descriptionem vrbis Lundiae oeconomi-
 cam academia disputatione exhibuit GV-
 STAV. SOMMELIVS, Mag. docens &
 Scholae Rector, 1757.

IV.

Aboensis academiae Professores anno
 elapso fuerunt SAM. PRYSS, Th. D. Prof.
 prim. & T. C. Praepositus, IO. TILLAN-
 DER, Th. D. & Pr. CAROL. ABR. CLEW-
 BERG, Th. P. O. OLOF PRYSS, J. V. D.
 & P. O., IO. LECHE, Med. D. & Pr. AL-
 GOTH. A. SCARIN, Hist. & Phil. Civ. Pr.
 & Acad. Biblioth. HENR. HASSEL, Eloq.
 Pr. CAR. MESTERTON, Theol. D. Log.
 & Met. Prof. PETR. KALM, Oec. Prof.
 IAC.

IAC. GADOLIN, Th. D. & Prof. Physic,
 IO. KRAFTMANN, Math. Pr. WILH.
 ROBERT. NääF, Prof. Poef. JAC. JO.
 HAARTMANN, Phil. & Hist. lit. Prof.

Ad recentiores disputationes *Aboae*
 habitas pertinet M. OL. SCHALBERGII
Tentamen Vindiciarum omniscientiae Dei, spec.
contra Socinianos. 1758. m. Maio. Pars
 haec dogmatica, notissimas illas recentioris
 philosophiae continet argumentationes, quod
 nexus in mundo rerum vniuersalis sit,
 quodque futura contingentia, quum de-
 terminatam habeant veritatem & futuri-
 tionem, ab infinito praesciri intellectu
 queant.

V.

Holmiae prodierunt

D. NIC. WALLERII *Psychologia rationalis,*
methodo scientifica pertractata & commentariis
historico polemicis illustrata & vindicata. 1758.
 8. pagg. 670. praeter indicem.

Vita Comitum MAGNI STEINBOCK,
 Suecorum lingua, literis consignata a M.
 SAM. LOENBOM. Pars I. 1758. 4. mai.
 pagg. 152. Supplentur hic & emendantur
 auctores, qui de vita magni huius impera-
 toris bellici hucusque exposuerunt. Enar-
 rantur autem ea, quae vsque ad m. Junium

K 5

anni

anni 1707. ipsi euenerere, aut ab eo gesta sunt.

Den Swenska Mercurius — *af Carl Cbp. Gjörwell.* in 8. Scriptum laude dignum, quod observationes, commentatiunculas, & noua tam literaria, quam politica continet. Insertam illi praeter cetera vidimus vitam ciuis nostri humanissimi suaque laude minime defraudandi HENR. IAC. SIVERS, Th. D. Praepositi & Pastoris Tryserumensis, qui anno aetatis quinquagesimo, elapsi mensis Augusti die octauo, beata morte defunctus est.

VI.

Rerum, quae in *Dania* ab eruditis hodie geruntur, vix poterit perfectior notitia hauriri, quam ex ephemeridibus, quae inscribuntur: *Fortgesetzte Nachrichten von dem Zustande der Wissenschaften und Künste in Kön. Dän. Reichen und Ländern.* Harum tres partes priores sumtibus Peltianis prodierunt Hafn. & Lips. 1758. 8. Sunt autem illae continuatio eorum commentariorum, quorum adhuc quatuor & viginti partes, impensis Ackermannianis emissae sunt.

Historiae ecclesiasticae recentioris *Daniae* addiscendae inseruiunt egregie IOSIAE LORCKII *Beytraege zur Dänischen Kirchengeschichte.* Hafn. 1757. & sq. in 8.

Prae-

Praeterea vniuersae historiae Danicae
 studiosis notandi erunt libri sequentes: *Hi-*
stoire de Danemarck, Tome I - par Mr. MALLET,
Professeur Royal des belles lettres françoises.
 Hafn. 1758. 4. mai. 2 Alph. 12. pl. Perse-
 quitur ea, quae inde ab ineunte monarchia
 vsque ad id tempus, quo domus Oldenbur-
 gica rerum potita est, acciderunt. Auctor,
 cui in Dania domicilium est, multis, quibus
 alii caruerunt, subsidiis instructus fuit. *Ge-*
schichte Christian des IV. Kön. in Dännemarck
von NIELS SLANGEN, Confer. Raht, in
Dän. Sprache aus Archiv - Urkunden verfertigt:
Kürtzer vorgetragen, mit Anmerck. und Zusätzen
erweitert, u. mit einer Einleitung versehen von
Job. Heinr. Schlegeln. 1. Theil. Kopenh. u. Leipz.
bey Pelt, 1757. 4. mai. Gelehrter Männer Brie-
fe an die Koenige in Dännemarck vom Jahr
1522 bisz 1663. zum Druck befördert von
ANDR. SCHVMACHER, Kön. Dän. wirkl.
Secret. in d. teutsch. Canzley. 1. u. 2 Theil. ib.
1758. 8. 2 Alph. 10 pl. Complectitur D.
IO. BVGENHAGII, IO. AVRIABRI, IV-
STI IONAE, PH. MELANCHTHONIS,
GEO. MAIORIS, LVTHERI, FLACII,
IO. STVRMII, aliorumque epistolas, e ta-
bulario regio in lucem protractas. LVD.
HARBOE, hochverordn. Bischoffs in Seeland
zuverlässige Nachrichten von dem Schicksale
des Iohann a Lasco und seiner aus Engelland
 ver-

vertriebenen reform. Gemeine - - - *ib.* 1758.
8. pl. 19. E. Danico idiomate transtulit
MENGELIVS, additis PETR. PALLADII,
PAVLI NOVIOMAGI & HENR. BVSCO-
DVCENSIS vitis, a D. G. ZWERGIO deli-
neatis. Prioris scripti epitomen exhibent
die neuen Beyträge von a. und n. theol. Sachen
1756. parte 5. & 6.

Religionis reuelatae caussam contra A-
theos & Naturalistas optime egit summe ven.
PONTOPPIDANVS in libro lectu dignis-
simo *de nouitate mundi*. Danice ab auctore
scriptus, sed in Germanorum linguam a
MENGELIO translatus prodiit Hafniae &
Lipf. apud Pelt. 1758. 8. pl. 26. Mundum
non esse aeternum, sed originem prodere
recentiorem, argumentis ex natura & histo-
ria petitis ea ratione probatum est, quae &
oblectare lectores possit & conuincere.

Doctrinam de precibus rationi esse con-
sentaneam aduersus Deistarum cauillationes
demonstratum iuit CAR. ANDR. SILBER,
tractatu germanico, Hafniae 1758. 8. 6 pla-
gis impresso. Laudatur in *Kraftii bibl. theol.*
P. 128. p. 732.

Ad melioris notae orationes sacras in Da-
nia habitas pertinent tum PETRI ROSEN-
STAND GOISCE, D. *Betrachtungen über*
das Testament und Sacrament unsers Erlösers u.
Herrn

Herrn I. C. in einigen Reden über den Text ---
 1 Cor. XI. 23-29, aus dem Dän. übers. v. C.
 G. Mengel, Hafn. & Lips. ap. Pelt. 1758. 8.
 1 Alph. 13 pl. tum cel. IO. ANDR. CRAME-
 RI Sammlung einiger Predigten, cuius colle-
 ctionis volumen septimum ib. 1758. 8. mai.
 exiit.

Eodem viro moderante edi coepit anno
 1758. & adhuc continuatur *der Nordische
 Aufseher*, in 8. mai. qui Spectatorem Angli-
 cum sibi proponens exemplum quod imite-
 tur, vtile dulci nouit apte miscere.

Philosophiae cultoribus admodum com-
 mendabilis est IO. HENR. BASEDOW, acad.
 reg. Soroeensis Professoris *practische Philoso-
 phie für alle Stände*, plausu eruditorum, quo
 excepta fuit, dignissima. Duae eius
 sunt partes, Hafniæ & Lipsiæ, anno elapso in
 forma 8. publici iuris factae.

Eodem loco & anno prodierunt *Miscel-
 lanea edita a IOH. MART. SOMMER*. pl. 10 $\frac{1}{2}$.
 in 8. Horum *capite 1.* continentur observa-
 tiones in loca quaedam N. T. at paucae &
 longius plerumque petitae; *cap. 2.* disputat
 de vera lectione locorum quorundam in
 Theophrasto, Plutarcho, Phurnuto, aliosque
 auctores explicat; *cap. 3.* agit de religione
 eruditi, eumque virum bonum & pium esse
 debere monstrat; *cap. 4.* quod omnium lon-
 gissi-

gissimum est, tractationem instituit de phantasia illa, qua bonus historiarum scriptor uti debeat; *cap. 5* continet laudem mediocritatis. Addita in fine sunt carmina quaedam latina VITI BERINGII & HENR. HARDERII, quae in deliciis poetarum Danorum, a FRID. ROSTGAARDIO editis desiderantur.

In recentissimorum, quos Daniae debemus, librorum numero est: *des Herrn Abt Lamberts Geschichte der Regierung Ludewig des 14. aus dem französ. übersetzt. 1759. Hafn. & Lipsf. ap. vid. Mumm. 1 Alph. 13 pl. in 8. mai.* Primum hoc volumen, quod tria alia sequentur, complectitur vitas, scripta, deque iis lata eruditorum iudicia tum Theologorum, SIRMONDI, PETAVII, MORINI, & aliorum, tum Oratorum sacrorum, tum rhetorum politicorum & Ictorum, qui LUDOVICO XIV imperante famam consequuti sunt. Junctae sunt tractationes de incremento scientiarum theologicarum & eloquentiae tam sacrae quam civilis sub eodem rege.

VII.

In academia Regiomontana THEOD CHRISTOPH. LILIENTHAL, S. Theol. D. & Pr. edidit anno superiori partem octauam operis praestantissimi, quod inscribitur: *die gute Sache*

Sache der in der h. Schrift enthaltenen göttl. Offenbarung, wieder die Feinde derselben erwiesen und gerettet. 1758. 1 Alph. 16 pl. 8. Verfatur partim in soluendis nodis geographicis & genealogicis, partim in considerandis miraculis & ab obiectionibus empaeetarum vindicandis. Continuatio promissa auide ab omnibus expectatur, quibus religionis honor curae cordique est.

Ibidem & eodem anno 4 plagis in 4 impressum est *Schreiben über das gerechte und gnädige Urtheil des Kön. David gegen den Prinz Mephiboseth einen Beleidiger seiner Kön. Majestät*, quo FR. W. WEBERO, scholae regiae parochialis reform. Reſtori nuptias gratulatus est DAVID ELSNERVS, Pastor eccl. reform. Wilhelmsburg. Mephiboseth, ex mente auctoris, de occupando regno omnino cogitavit, idque Zibae expiscanti confessus est. Probat sententiam ex loco 2 Sam. XIX. 27. quem ita transfert: *exploravit seruum tuum (scilicet) in rebus ad dominum meum spectantibus.* Promittitur quoque ab auctore fasciculus obseruationum in varia loca V. T.

VIII.

Magnam Gedanenses atque adeo vniuersus orbis literatus iacturam fecerunt, egressis ex hac vita viris celeberrimis D. FRID. GVIL. KRAFFT, Minist. Seniore & Pastore,
atque

atque IAC. THEODORO KLEIN, Secretario urbis, rerum naturalium scientia egregie imbuto, quorum ille anno 1758 d. 19. Nov. hic anni, quem nunc agimus, mense Febr. & eius quidem die 27 animam efflauit. Neque tamen KRAFFTII obitus finem fecit *bibliothecae theologiae* magno eruditorum commodo hucusque a se editae, quin potius, accurante celeb. WERNSDORFFIO, Gymnafii Professore, eam continuatum iri certo scimus.

Exoptatus & festus Gymnafio fuit mensis Junii anni superioris dies tertius & decimus, quippe quo ante ducentos annos illustris haec Musarum sedes condita erat. Anfasam ille dedit BERTLINGIO edendi *theses Hunnianas de viribus hominis post lapsum in rebus spiritualibus ante conuersionem*, pl. 2. ac dissertationem *de resistentia morosa*, pl. 4 $\frac{1}{2}$; WERNSDORFFIO exarandi tum disputationes *de moribus inuenturis scholasticae in acad. Attica*, pl. 4. & *de tribus feris, quae in numis secularibus Philipporum Augg. conspiciuntur*, pl. 4. tum programmata duo, quorum altero recentiores quosdam poetas Germanos false perstringit, atque aliam esse prorsus graeci latinique carminis naturam, aliam germanici demonstrat, altero rem literariam multum debere coenobiis religiosis, sed antiquis, ostendit; BENI. GROD. DE.

DECKIO, Gr. & OO. LL. Professori, in programmata quodam differendi *de verosimillima vocis ירבֿל* significatione, quam statuit esse illam, quae a summe venerabili CARPZOVIO nostro in diff. *de anno lobelaeo* defensa est; ANDREAE SCHOTT, D. IOANNI CAR. ANDR. OELRICHS, aliisque, Gymnasio Iubilaeum suum scriptis peculiaribus gratulandi.

IX.

Academiae Rostochiensis anno praeterito morte ablati sunt M. IO. LVD. ENGEL, Log. Pr. O. d. 8 Febr & M. IAC. CPH. WOLFF, Pr. gr. ling. & Pastor Marianus d. 21 Mart. redditi autem D. CHRIST. ALB. DÖDERLEIN, Th. P. O. & feren. Duc. Megap. a Consil. Consist. & M. WENCESL. IO. GVST. KARSTEN, Log. Prof. O.

Scriptorum Rostochii tum a ciuibus, tum ab exteris editorum, adeo excreuit intra anni spatium numerus, vt hic enarrari nequeant omnia. Sed & supersedere hoc labore eo facilius possumus, quo accuratius illa recensentur in *Relationibus Rostochiensibus*, singulis hebdomadibus prodeuntibus, atque ita comparatis, vt vix illis carere possit historiae literariae recentioris studiosus.

L

X.

Misc. Lub. Vol. II.

X.

Kilonii nuper vitam cum morte commutavit vir perillustris ERN. IOACH. de WESTPHALEN, Eques auratus, magni Ducis Russiae Confiliarius intimus & Acad. Curator, cui pietas, fides, scripta & merita non in Holsatia solum, sed & in toto orbe erudito monumentum posuerunt aere perennius. Obiit hoc ipso anno, die 21 Martii, quo ante annos 59 lucem primum conspexerat.

Verum & *Lubecae* nostrae vulnus gravissimum inflixit mors trium virorum, fama, meritis & scriptis insignium, omnique doctrina perpolitorem: M. HENRICI SCHARBAV, Ordinis sacri Senioris & Pastoris Aegidiani, die 6 Febr. IO. HERM. BECKERI, S. Th. D. & Pastoris Mariani, die 7 Apr. & IO. GER. WAGNERI, Medic. D. & Practici experientissimi, postridie eius diei coelitus adscripti. Librorum, quos b. SCHARBAVIVS possedit, apparatus uniuersus, isque copiosus & praestantissimus, bibliothecae nostrae publicae ab ipso legatus est.

Subiungimus more nostro *Indicem scriptorum*, ex quo prodiit volumen I. *Miscellaneorum, a Lubecensibus editorum.*

I. Herm.

I. *Herm. Nicol. Kienmann*, Med. Doct. Dissertatio inauguralis medica de versiois in extrahendo partu praestantia & adminiculis. Götting. 1757. 4. Pl. 6. cum dim.

II. *Io. Henr. von Seelen* Bremische und Verdische Merckwürdigkeiten. I. Sammlung Auger Syllogen praestantissimam scriptorum maxime memorabilium, quam summa cum laude edit Vir magnificus & summe venerabilis *Io. Henr. Pratje*, Superintendens Generalis regionum ducatum Bremensis atque Verdenfis hoc titulo: Die Herzogthümer Bremen und Verden oder vermischte Abhandlungen zur Erläuterung der Politischen-Kirchen-Gelehrten und Naturgeschichte, wie auch der Geographie dieser beyden Herzogthümer. Erste Sammlung. Bremen 1757. 8. Vid. pagg. 231-266.

III. *Eiusdem* II. Sammlung. Vide Merckw. der Herzogth. Brem. v. Verd. Zweyte Samml. Bremae. 1758. 8. pagg. 67-108.

III. *Eiusdem* De Gymnasiis, ad quae divinus gentium Doctor Paulus 1 Tim. IV. 7. 8. Hebr. V. 14. XII. 11. allusit, γύμνασια, celeberrimo Gymnasio Gedanensi d. 13. Jun. 1758. alterum Iubilaeum solenni ritu celebranti, gratulandi causa consecratum a Gymnasio Lubecensi. Lubecae. 1758. 4. Pl. 2. cum dim.

L 2

V. Christ.

V. *Christ. Nic. Carstens* Dissertat. de remediis, quae pro seruandis recuperandisue impensis a bonae fidei possessore in rem alienam factis competunt. Jenae. 1758. 4to. Pl. 5. cum dimid.

VI. *Eiusdem*, nunc Juris Vtriusque Licentiati digniss. Dissertatio inauguralis, florum sparsionem ad potiora priuilegiorum Lubecensium capita exhibens. Jenae. 1758. 4. Pl. 5.

VII. Reuschens Grösse von *Balthasar Müntzer*. Lubecae 1758. 4 mai. vna cum Oda funebri & Progr. Ienens. Pl. 7.

VIII. Das Bild eines mit Freudigkeit sterbenden Christen wurde bey der Christenfehnlichen Beerdigung des — Hrn. Otto Albert Blanck, Pastoris - zu Schlukop in einer Leichenpredigt vorgestellet von *Ioh. Herm. Becker* Theol. D. v. Past. zu St. Mar. in Lub. Lubecae 1758. 4. Pl. 3. & dim.

VIII. *M. Frid. Dan. Behnii* Dissertatio: Deine sapientiae fit conueniens, vt vel ad finem, quem sese obtenturum non esse praeuidit, remedia adhibeat efficacia? examinans. Ienae 1758. 4. Pl. 7.

X. *M. Balthasar Münteri* Theologiae naturalis Polemicae specimen, exhibens Historiam

riam

riam, dogmata & refutationem Systematis illius, quod a Benedicto de Spinoza nomen habet. Ienae 1758. 4. Pl. 8.

XI. *Io. Nic. Sibeth* I. V. D. Differtatio inauguralis de singulari iniuriarum praescriptione statutaria ad Lib. IV. Tit. IV. Art. II. Iur. Lub. Rostoch. 1758. 4. Pl. 6. cum dim.

XII. Vertheidigte Freyheit der Kaufleute Compagnie als des ersten handlungs berechtigten bürgerlichen Collegii zu Lübeck. 1758. fol. Pl. 13. Auctor est *Ge. Christ. Overbeck* I. V. D.

XIII. Memoria viri — *M. Henrici Scharbau* — literis consignata a *Io. Henr. a Seelen* Lubecae 1759. fol. Pl. 1.

XIII. Eiusdem vita germanice scripta a *Io. Dan. Overbeck* Contr. Ibid. 1759. Pl. 1.

XV. De Bardis antiquissimis Germanorum Theologis Tentamen, Viro — *Georg. Hermanno Richertz* — in reuerendo ordine sacro Senioris dignitatem adepti, gratulaturus scripsit *Marcus Henr. Friderici*, Lubecensis, Gymn. Lubec. ciuis, Iuuenis egregius, qui hoc etiam specimine publico praeclaros in literis progressus declarauit. Lubecae 1759. 4. Pl. 2. cum dim.

L 3

XVI.

XVI. Ἐπιτάφιος in funere iuuenis praestantissimi ornatisimique *Hermanni Henr. Dreyeri* Gymnaf. patr. membri laudatissimi scriptus a *Io. Henr. a Seelen*. Lubecae 1759. 4. Pl. 1.

XVII. Grab-Schrift bey der Leiche &c. Idem scriptum ab auctore germanica lingua expressum. *ibid.* 1759. 4. Pl. 1.

XVIII. De veteri formula χαίρειν καὶ εὖ πράττειν Commentatio Viro praecellentiss. *Io. Hermanno Schnobelio*, Cantori & Mufices Directori insigniter merito, nuptias celebranti gratulantium more oblata a Colleg. Cathariniano interprete *Io. Henr. a Seelen*. Lubecae 1759. 4. Pl. 2.

XVIII. Felicis coniugii e nummis consularibus Lubecensibus delineatio. Qua Viri Magnifico — *Danieli Haecks J. V. D.* Consuli meritis immortalibus conspicuo, nuptias solenniter celebranti gratulatus est *Jo. Henr. a Seelen*. Lubecae. 1759. 4. Pl. 3.

XX. *Christ. Nicol. Carstens, J. V. L.* Dissertatio de Immedietate Lubecensibus a *Friderico I. A. 1182* concessa, iisdem nuptiis consularibus inscripta. Lubecae. 1759. 4. Pl. I cum dimid.

XXI.

XXI. *Dan. Joach. Köppen* Specimen de
rationali religionis electione, quod Viro
— *Balthasari Müntero* Philosoph. Doct. &c.
iam Ampliff. philosophorum ordinis Ad-
iuncto designato, huncce honorem eidem
gratulans, offert collegium sub eius prae-
sidio excolendae romanorum linguae artis-
que disputandi causa institutum. Jenae.
1759. 4. Pl. 3. cum dim.

XXII. *D. Zachariae Vogel* Anatomische
Chirurgische vnd medicinische Beobach-
tungen vnd Vntersuchungen. Rostoch.
1759. 8. Alph. I. Pl. 4. Liber est idem,
cuius indicem habes in Noua bibliotheca
Lubecensi Vol. VII. p. 172. n. XXXV. sed
obseruationibus, quae accesserunt, variis at-
que multis auctus.

XXIII. Memoria Viri — — *Johannis*
Hermannii Beckeri SS. Theol. D. consignata
a *Joh. Henr. a Seelen*. Lubecae. 1759. fol.
Pl. 1.

XXIV, Eiusdem Vita germanice scripta
a *M. Balthasare Müntero*. Ibid. eod. fol.
Pl. 1.

XXV.

XXV. Memoria Viri — — *Joh. Gerardi
Wagneri Med. D. — —* consignata a *Jo.
Henr. a Seelen.* Ibid. eod. fol. Pl. 1.

XXVI. Eiusd. Vita germanice scripta a
Jo. Dan. Overbeck. Ibid. eod. fol. Pl. 1.



